



Bibliothèque numérique


medic@

**Blancardus, Stephanus. Steph.
Blancardi Anatomia practica
rationalis, sive rariorum cadaverum
morbis denatorum anatomica
inspectio. Accedit item tractatus
novus de circulatione sanguinis per
tubulos deque eorum valvulis, etc**


*Amstelodami : ex officina Corn. Blancardi, 1688.
Cote : 31604*













A propos de la gravure
frontispice voir l'ar-
ticle de :

WOLF-HEIDEGGER (G.).
Observation classique,
autopsie et expériences
sur l'animal, triade
fondamentale de la re-
cherche en médecine.

in : Symposium Ciba,
vol.5, n° 3, 1957,
pp.75-76.

[95.230]










STEPH. BLANCARDI
ANATOMIA
PRACTICA RATIONALIS.
SIVE 31604
RARIORUM CADAVERUM
MORBIS DENATORUM
ANATOMICA INSPECTIO

ACCEDIT ITEM
TRACTATUS NOVUS
DE
CIRCULATIONE SANGUINIS
PER TUBULOS DE REORUM
VALVULIS &C.

AMSTELÆDAMI.
Ex officina Corn. Blancardi
in Platea Vulgo de Warmoes Straat
MDCCLXXXVIII.





DOCTISSIMIS , EXPERTISSIMIS
AC EXCELLENTISSIMIS

VIRIS,

D. FERDINANDO
GRUIWARDO, M.D.
ET URBIS GOESÆ
SCABINO, &c. &c.

D. ANTONIO NUCK
M. D. ORD. ET PRO-
FESS. HAGÆ COM. IN-
COMPARABILI &c.

D. JOANNI ÆGIDIO
EUTH, M. D. A R-
CHIATRO SAXON.
PRACTICO HA-
GIENSI FELICISSI-
MO &c.

* 2 D. JO-

D. JOANNI VAN
DUEREN, P. ET M. D.
APUD ROTERODA-
MENSES PRACTICO
ERUDITISSIMO. &c.

HOCCE

MNHMEION

SACRUM ESTO.

LEC-

LECTORIBUS

S.

S*I queras uti-
lia, hic siste
gradum, Le-
ctor, nihil utilius, ni-
hilque suavius quàm
Nosocomium nostrum,
quod tibi intrare licet.
Maximè enim con-
fert Cadavera Mor-
bis denata Oculis in-
tueri,*

*

3

tueri,

tueri, eorumque Viscera perlustrare. Experientia omnium rerum Magistra, hac methodo docebit Morborum omnium originem. Ne dicas me alienæ messis fructus collegisse: sed illud sciendum, mihi defuisse occasionem, tantam Cadaverum cattervam dissecandi: plurimas.

rimas tamen dedisse
Historias, quas & ip-
se observavi, & cul-
tro erudito dissecui,
sufficiat; ceteras ex
aliorum relato immis-
cere volui. Primò o-
stenditur Morbi Histo-
ria, deinde Cadaveris
inspexio, postea Ætio-
logiam adjunxi brevif-
simam. Si hæc tibi ar-

✱ 4 rideant

*rideant Lector, plura
dabo. Vale.*



Sum-

*Summo Philosopho , Ana-
tomico , Medico ,*

STEPHANO
BLANCARDO

N. F.

ANATOMIAM PRACTICAM

— succenturianti

ANATOMIÆ REFORMATÆ

Nunc juvat Aonios seno pede du-
cere campos.

Aptâque cum quinis , Carmi-
na scripta modis.

Stephane , qui tanti mensuram nominis
implēs ,

Pectora qui lacte & , candidiora
geris

Stephane , Phœbea , qui morbos pel-
lere nosti ,

Atque Machaonia , clarus in arte ,
micas

Stephane , Batavicus , qui commemo-
ratus in oris ,

Et Nomen , toto spargis in Orbe ,
tuum. * 5 Vir

Vir Zelande, quibus cælo te laudibus
æquem?
Dicam, & Apollinea, carmina
digna, lyra?
Quicquid habet novitas, te non latet:
Atque Vetustas,
Quæ condit, promissis pectore cun-
cta tuo,
Te, pollere novis tantum BLAN-
CARDE: repertis,
Garrula fama tulit. Credere desi-
nimus:
Et tantum rebus, tempus trivisse ne-
gamus;
Nam Veterum linguas excolis,
atque novas.
Aut si quis dubitat, facient fidem,
auræ scripta,
Scripta, quibus verè secula nostra
beas.
Sæpe ego digestos, volui numerare,
libellos;
Non potui, numero copia major
erat.
Eminet inter eos, quam cerno,
PRACTICA, libro
Nominis ejusdem connumerata,
suo.

Nullum

Nullum majus opus miratur & æquat
Olympo,
Fama recens, itidem fama loque-
tur anus.
Ut meritò stupuerint omnes tentami-
na tanta!
Conatusque novos; postera gens-
que simul.
Sique alios, aliis libris superasse,
videris,
His binis IPSUM TE super-
asse reor.

Volante Calamo,

Amicus Amico L. M. Q.

posuit

I. A. TRONCHINUS.

L. G. Professor Acad:
Franequerensis.

8

8

*Sagacissimo Philosopho
& Medico*
D. D. STEPHANO
BLANCARDO

quibus hunc festinanter posuit

JOHAN. ÆGIDIUS EUTH,
*Hassus, Med. Doct. Ar-
chiater Saxonicus, Pr.
Hagiensis.*

BLANCARDUS Patriæ non
soli, natus amicis,
Qui prodest aliis & nocet
ipse sibi,
Quæ certè multo sunt exantla-
ta labore,
Exhibet egregia dexteritate,
libris.

Ex

Eximium facinus ? pergas præ-
clarus in Orbe,
Doct̃or eris *Batavis* charus
& ipse tibi.
Opto DEUS facili cursu tua
cœpta secundet,
Ut raros fœtus edere porrò
queas.

EJUSDEM IN EUNDEM.

Annon BLANCARDUS Medi-
corum scripta peragrat ?
Magna repente notat, utilis
esse cupit.
Doctrina rerum Medicarum
mens sua fervet.
Dignus ut assiduâ laude ve-
hatur, crit.

*Ad Doctiss. Celeberr. &
Expertiss. Virum*
**D. STEPHANUM
BLANCARDUM**
Med. & Ph. Doct.

C. M. S.

Quum ederet Observationum A-
natomico-practicarum Centurias
duas.

Ἐπιτάφιος.

Μικρὰν μὲν τέχνην, βιωτὴν δὲ ἔχοντα βρα-
χύνει
φαρμακίῃς ἀσὺρ χύσιος Ἰπποκράτης,
ἔστι καὶ ἀσφαλίας, ἣ γὰρ σπασίσι τέλει
ἰσχυροῦν ἡμῖν χρεῖα χύσιου οἶκει.
Κ' αἱ δαλφῆες φιλοσοφικῶς οἰτίαι οἰτίαι
Σύντομα, τῶν τεχνῶν παιδία συντομίσαι.
Ἐνταῦθα διανοούμενος διδάσχει βραχύνει τὰ Σύν-
τομα
Ανατομὴν τεύσας, ἡξέεισι κλίσι.
Ἀέρι ἐστὶ κλίσι καὶ τιμῆς ἀθανάτοις
Ἡ μάλα ἐργασία: ἀπαντα δῶρα λαβεῖν.
Συλλογὴ ἢ Βλαγκάρδου τῆς σπουδῆς σέσημα
(Ἐπιτάφιος) εἴρησι αἰθέρῃσι ἡλιογίμμῃ.

IDEM

IDEM AD EUNDEM.

QUam stupefacta foret si cerne-
ret ulla Vetustas
Artis apollineæ dogmata
certa suæ!
Dogmata quæ possunt hodiè mon-
strarier, & quæ
Arte Mathematicâ splendidiora
nitent.
Practica Blancardi docet Observa-
tio, quam sint
Certa, quod immensum Sectio
& ipsa docet.
Aspice quam tenui coacervat ma-
xima libro
Blancardus, tantæ commodi-
tatis opus.
Palcit & argutâ solide farragine
mentem
Arte salutiferâ Ductor, & Au-
thor erit.

Dignæ

Digna viri virtus triplici diademate,
digna est
Laudibus à serâ Posteritate
coli.

JOHANNES VAN DUEREN.

Th: Ph: & Med: Doctor.

Præticus Rotterodamensis.

ONT-

ONTSCHULDIGING

Aan den Hr.

Autheur deses Boeks.

Heer BLANKARD. Schrijfe
gy in't Latijn,
Het voegd, dat, op de zelfde wijze,
Ik u, en uwe Schriften, prijze:
Maar; laat het lofdicht Neêrlandsch
zijn:
Want, schoon ik schreef in alle taalen,
'K zou toch uw deugd nooit achterbaalen.

De bedillende Mornsvoldaan,
door de H E E R

STEPHANUS
BLANKAART,

Phil. en Med. Dr.

Schrijvende den
ANATOMIAM PRACTICAM.

H Oogmoedige Artz! hoe menigmaal
misleid
Waanwijsheyd u, met ongegronde droe-
men!

(Dus

(Dus schreeuwd veeltijds de dom-
 me Onweetenheid)
 Gís vrij waar uit de kwaal is voortgeke-
 men,
 En plaag den Mensch met zwavel,
 zout, en zuur,
 Zo dit niet helpt, dat zal gewislijske ster-
 ken:
 Of anders schuif de schuld op Vrouw
 Natuur,
 Als wederstaande uw middelen, in het
 werken.
 O Artz! indien de Mensch waar van
 Krystal,
 Het broejnest wierd eens eindelijk opge-
^{de}maakt
 Van Gicht, van Stuyp, en ander on-
 geval!
 Men zag het bloed, door de ingewanden
 golven;
 Hier voort gestuwd, daar wederom
 verlet;
 Men zag het scherp, 't geen hem zo vaak
 doet kermen.
 Wensch (wildge zijn een vreugd aan
 't droeve bed)
 Om vensters, in het hart, en maag, en
 dermen.
 Swijg, dwaaze! want daar is al in
 verzien.
 Lees, en herlees het boek, zo wel
 geschreven,

Dat

Dat BLANKARD wêer de
Weereid aan komt bîen,
Nooit moê van jeets, tot troost en
heil, te geven.
De *Ontleedkonst* heeft u alles hier
ondekt,
En klaar, als met den vinger, aan-
gewezen
Wat brand, wat kou, wat flaeuw-
te en pijn verwekt.
't Gaat wel! zie daar! hy heeft het
Schrift gelezen.
Door u, *myn Heer*, is *Memus* dan
voldaan.
Hy ziet den Mensch nu, als ge-
vensterd, aan.

LUDOLPH SMIDS,

M. D.

Groningensis.

Op

Op de
ANATOMIA PRACTICA
geleerdelyk met redenering ontledigt

Door
STEPHANUS
BLANKAART,
Med. Doct. &c. *binnen*
AMSTERDAM.

DE Wetenschap trekt ons uit dom-
migheden,
Zy zuivert en ontroeft de Ziele,
en doet
Albarende in haar teelen kracht van
reden,
Die door welspreketheid de zuiv-
ver, zoet,
En aardigheid van tale en woorden
maken.
Zo word de mensch door 't men-
schelyke opgeheft.
Zo kan men tot verborgentheden
raken;
En valsheid werd van waarheid
overtreft.

Door


Door dooden raakt men dus tot we-
tenschappen ;
En 't levend' leert hoe 't met haar is
gestelt.
Zo weet een wetende Arts des levens
sappen,
En wat den mensch aan 't hart en
aderen quelt,
En lever, long, en nieren te onder-
scheiden,
Met spieren, zenuwen, en alles
wat
De kleine Weereld is, met lof ver-
breiden,
Dat God zo konstig in een Niet
omvat.
Dank hebt gy Yveraars, en gy Heer
BLANKAART,
Die met de reden wikt wat waar-
heid is.
Gy Leerelingen toont, dat gy een
dank gaat,
Aan die u 't licht vertoont uit dui-
sternis.
Zyn snege bezigheid die zoekt u voor-
deel,
En leid u teder brein in kennis
voort,
Dat gy, als hy, krygt een ervaren
oordeel,
En weet wat dat tot zulken kunst
behoort.

Wie

Wie de reden met de zinnen kan doen
 treden
 In een verbond, volbrengt een
 Meesterstuk.
 Deze eerentroon beklimt hier BLAN-
 KAART heden,
 En toont het pit van wysheid met
 geluk.
 Dus werd de macht, die Zielen komt
 te drukken.
 Gesnuikt. Geheimen in den
 mensch, de mensch
 Noch onbekent, zo voordeellyke
 stukken,
 Geleert, tot troost, tot nut, en
 dienst, en wensch.
 Laat dan geen lof in Lethes stroom
 verflooren,
 Schoon addertongen gal uitbraken;
 't doct,
 Als waarheid werd met reden als her-
 booren,
 De wetenschap opwellen in 't ge-
 moed.

J. v. Royen.

STE-





Steph. BLANCARDI
ANATOMIA
Practica Rationalis.

SIVE
 Rariorum cadaverum mor-
 bis denatorum
 ANATOMICA INSPECTIO.

I. OBSERVATIO.

Vulnus Diaphragmatis.

Famulus cujusdam centurionis inter bel-
 landum Scelopetari globulo leditur.
 Globulus sub sterno prope thyroidem
 cartilagine[m] ingressus, carnosam dia-
 phragmati[m] partem perforat, qui intra
 quintam & sextam Sinistri lateris ca-
 stam exitum habebat.



Urabatur à dextris
 Chirurgis Vulnus qui-
 dem externum, sed
 ventriculi debilitatem
 cum dolore retinebat,
 adeo ut à cæna se tem-
 perare cogebatur. Mensibus octo
 A clap-

elapsis, in immensum abdominis incidit dolorem, colicum mentientem; & quamvis à quibusdam remediis, non nihil opis sentiebat, dedit tamen animam.

Abdomine aperto, maxima coli, flatibus distenti, pars, per Vulneris olim diaphragmati inflicti foramen, in Thoracis cavitatem penetraverat: mirum tamen, quia vulnus vix minimum digitum admittebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Eger noster de dolore ventriculi quærebatur, quia continuis expirationibus, coli pars, per vulnus diaphragmati inflictum, sursum pressa erat; hinc exitus ex illo in colon, & per consequens ex ventriculo in duodenum denegabatur; unde flatuum distentio, quia aer liberè *ava* aut *ære* transire nequibat. Porro ex distensione & ciborum & flatuum non tantum dolor ortus, sed ipse ventriculus ex dolore cibos ferre non potuit, atque exinde debilitas orta. Hoc etiam accedit, quod colon per exiguum foramen delatum, admodum angustabatur, & ex crementa non nisi difficulter per arctum vulnus, perque intestinum inde coarctatum ascen-

ascendebant ; hinc , quia intestini
istius latera continuo abradebantur ,
dolor ortus est.

II. OBSERVATIO.

Diaphragmatis Vulnus.

*Fabri cujusdam famulus cultro per Dia-
phragmatis nervosum centrum perfora-
tur , qui 5^{to} tertio die obijt.*

IN abdomine aperto , nullus ven-
tricus inveniebatur , sed per fo-
ramen septi transversi infictum ,
pollicis crassitiem adæquans , totus
ventriculus sursum in thoracem latus
erat , adeo ut à parte abdominis con-
spici haud poterat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Idem casus ferè est ac præcedens ,
ubi colon respirando per vulnus dia-
phragmatis in Thoracis cavitatem
ascenderat : sic etiam in hoc fabro
ventriculus expirando per illud for-
amen sursum ferebatur , adeo ut in
abdomine neutiquam inveniri potuit.
Dico hoc factum fuisse per expira-
tionem , quia inter expirandum
abdominis muscoli intus tracti , in-
testina cum ventriculo diaphragmati

STEPH. BLANCARDI

affricant; hinc per foramen huic illatum, potuerunt facile vel intestina vel ventriculus sursum trudi, & originarium locum relinquere.

III. OBSERVATIO.

à Cephalalgia demortui capitis anatome.

Juvenis studiosus per tredecim vel quatuordecim dies immuni capitis dolore continuo affligitur, tandem post febrem acutam, vigilias, motus convulsivos & fabulationes deliras, obiit.

CRanio aperto, vasa sanguis fera, meninges perreptantia, mirum in modum, sanguine turgabant, adeo ut, sinibus dissectis, fere ad uncias octo effluerat. Ipsae meninges discolores ac inflammatae apparebant. Cerebrum ipsum intra gyros & anfractus aqua limpida madidum: ventriculi eodem liquore turgabant. cerebri substantia admodum mollis erat.

MORBI AETIOLOGIA.

Succi nutritii meninges & cerebrum irrorantes, à causa qualibet præce-

præcedente, sive ab acido nimio, sive frigore externo, inspissati, canaliculos, eas partes perrepentes, liberè pertransire nequibant, unde obstructio: ex obstructione inflammatio; hinc sanguinis cursus aliquomodo impeditus, vascula sanguinea immensum distendebant.

Sed regerit forte quispiam, quare sinus sese exantlari nequeant, cum à principio angusto incipiant cruorque inde in multo ampliores ductus currat, contrario modo ac in arteriis?

Respondeo; istos sinus sanguinem recurrentem versus jugulares venas cum cranii moenia relinquunt, ab humore lymphatico adeo exterius premi ac angustari, ut liber descensus sanguini denegetur, plusque sanguinis per carotides advehatur quam remeare per jugulares possit.

Porro lymphidus iste liquor procul omni dubio ex ruptis lymphaticis effusus fuit, unde & cerebri moles minus firma & madida evasit. Ubi enim obstructiones, ibi vascula lymphatica sæpissimè vel nimis distenduntur, vel rumpuntur. Liquor iste extravasatus & acidus factus corrodit membranas τὸ ὑγρόν, unde

A 3

unde dolor capitis gravissimus.

Sanguis exteriorque succi intra cerebrum retardantes, incaluere; hoc est, particulae acidæ & alcalicæ quibus sanguis abundabat, à subtili materia invicem in actum fuscitabantur; quod, sanguine celeriter currente, non ita fit, saltem non animadvertitur à nobis: calor iste à nobis vocatur *febris*: quæ tandem, accrescente tumore phlegmonide, magis exacerbabatur, quia sanguini ex cerebro descendenti minor exitus concedebatur: exinde facile colligimus, quo sanguis magis retardetur, eo major particularum acidarum cum alcalicis lis.

Vigiliæ causabantur non tantum ex dolore intollerabili, sed fibrillæ ipsius cerebri ab humore isto lymphatico irritabantur, unde in ipsa cerebri substantia, minores quasi convulsiones concitatur; hinc nulla quies.

Dum de auctis hisce convulsionibus, sensibiles motus in genere nervoso oriebantur: ab eadem etiam causa fabulationes deliræ dependent. Nam propter convulsiones cerebri, idæ male repræsentantur, pessimæque judicantur & proferuntur.

Offis

IV. OBSERVATIO.

*Offis Femoris caries, ac
Fractura.*

Juvénis consultus de tumore dextri genui querebatur, cum dolore ingenti: hoc a morbo octo mensibus afigitur. ad se interim doctissimos medicos ac chirurgos vocat, sed nihil auxilii attulerunt. Postea cum lecto decumbebat, ac de latere in aliud se vertebat, os femoris in duas partes prope genu diffractum est, & brevi post obiit.

Post mortem femur aperiebatur, ejusque os in duas partes circa genuum apophyses diruptum cum carie inventum fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Prudentissimus vir circa genu ex obstructione vasculorum quorundam tumorem habuit; liquor obstruens acidus factus periosteum corrodit, unde gravissimus dolor; corrodendo tandem, ipsum os invasit, idemque totum carie usque ad intimam consumpsit; cum jam consultissimus vir se de latere in latus volvebat, non difficile

A 4 fuit

§ STEPH. BLANCARDI

fuit concipere, id præ corporis
onere, quod sæpe femori inniti-
tur, in partes duas rupisse.

V. OBSERVATIO.

*Puella post lapsum, & multo
fletu à torminibus, dissectio.*

*Puellula quindecim mensium cecidit ex
trabe, in platea, ni fallor, jacente; po-
stea continuo ferè fiebat, corripiebatur
febre continua, fortè à doloribus ven-
triculi aut intestinorum.*

A Perui cadaver præsentibus
plurimis discipulis; inflata
admodum ac rubicunda intesti-
na erant; ventriculus lacte materno,
acidissimo, fetido ac in particulis
caseosis concreto turgebat. Cætera
abdomini contenta sana. Notatu di-
gnum, quod ventriculus, licet haud
discoloratus, adeo mollis fuerat, ac
si putridus fuisset.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Si conicere liceat, non essem in
ea opinione, puellulam hanc à lapsu
læsam fuisse. Sed eam ab alteratione
& acida sanguinis prædispositione in-
fe-

febrim incidisse. Quid efficiat alteratio norunt omnes: nempe convulsivi motus in cerebro & corde exiti, sanguinis, reliquorumque succorum motus impediunt: hinc frigus, ac post id cruoris incallescencia, quæ febris dicitur. Puto enim omne frigus, quo cum febres incipiunt, à convolutionibus cerebri & cordis oriri; omnia quippe symptomata febribus in principio concomitantia (ut sunt Horrores; Oscitatio; palpitatio & tremor cordis; vomitus; sitis; respiratio difficilis; pulsus celer, & sæpe convulsivus, &c.) id indicant. Sanguis interim in eum statum volvitur, ut ejus particulae acidæ & alcalicæ à subtili materia facile invicem commoveantur, unde calor, & incallescencia.

Ut ad rem redeamus: inveni ventriculum quasi putridum, procul omni dubio à materia contenta, acidissima. Hinc liquet, matres & nutrices lactantes pessimè facere, si acidis vescantur: revera quo magis ab acido participet lac maternum, eo pejus infantes habent, præsertim juniores. Acidum igitur contentum corrodit ventriculi tunicas.

à Convulsivis motibus intestina in-

flata fuerunt ; & quia hinc inde inflammationibus quasi obfessa erant, rubicundo colore ea tingeantur. Nam ubi inflammatio, ibi sanguinis subsistentia vel porius tardior motus.

Non mirum est infantem ab hisce torminibus continuo flevisse ac tandem obiisse, cum partes hæ supra modum sensibiles sint, ferè ex meris membranis constantes.

VI. OBSERVATIO.

Hydrocephalos sive abortus septem mensium, ejusque apertio.

ANNO MDC. LXXVI. Calendarum Januarii decimo septimo dissecui Leovardix septem mensium abortum. Mater gravida ac paupercula desiderabat comedere carnem vaccinam salitam, quam præ egestate ad lubitum habere non potuit; tandem à vicinis vel ab aliis civibus eandem nacta est. Cum porro ferè satiebatur, quidam cornice fores pulsât, quas ut aperiat, à mensa surgit & per gradus descendens, cecidit, frustum istius carnis adhuc

adhuc bucca tenens. Postea abortivit.

Abortum Paulo Post præsentis *Augustino Reinalda* aliisque Chirurgis aperuimus. Caput per magnum, intra spatium crassæ & tenuis meningis duæ circiter libræ lymphæ cruentæ continebantur, glandula pinealis solito majus & lymphæ turgida. Cerebrum aquosum & molle. In ore habebat vesicam lividam & carni similis, costæque similem : primo intuitu carnosum quid esse putabam, sed incisione facta, lymphæ uncia ferè triginta ad laqueare vi quasi adacta, saliebat: hæc vesica totum os implebat, ac linguam adeo premebat, ut ab interiore gingiva oriri videbatur, cum alias ortum multo posterius habuit.

Cystis aquosa videbatur mihi esse partem œsophagi posteriorem, & hinc liquet cur ventriculus adeo parvus erat, hujus vesiculæ constituendæ gratia, ventriculus sursum trahi debuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Porro quoad hydrocephalon ex lapsu matris ortum, dicimus matrem una cum fœtu eadem quasi vita frui,

eodem modo ac furculus arbori infertus : omne enim quicquid patitur mater gravida , idem patitur embryon ; matris terror fuit & embryonis ; vascula lymphatica matris , satis rigida ac tenacia erant ne à terrore rumpantur , sed in foetu nondum excluso mollia admodum , ac facile fragilia , unde vascula lymphatica , cerebro contenta , ruperunt ; liquorque effusus , cranium necdum coalitum , immensum dilatarunt , hinc *Hydrocephalus* seu *Capitis Hydrops*.

Sed unde vesicula ori contenta ? Experientia satis docuit , quid non possit matris imaginatio . Fibræ nempe oesophagi adeo à liquore exruptis lymphaticorum vasculis dilatatae fuerunt , ut vesicula extra os quasi propendere coacta fuit : interim vascula quædam sanguinea , eruorem reducere impotentia , ruædinem & livorem vesiculæ induxerunt , eo modo ac si carnem salitam , voraciter à matre ingestam repræsentaret.

VII. OBSERVATIO.

Cadaveris, post obitum à cordis palpitatione, inspectio anatomica.

Annorum circiter viginti homo, corpore gracili ac teneri, per aliquot annos cordis palpitacionem passus est, quæ adeo violenta fuit, ut costæ extra locum protruderentur, imò tumor à vehementi palpitacione in sinistro pectore latere manifestè videbatur. In carpiis pulsus remissus fuit. Se quietum tenere cogebatur, nam ad quemvis motum paulo celeriores anhelus fiebat, & cum animi deliquio palpitatio augebatur. Tandem post crebras lipothymias ac paroxysmi exacerbationes vehementiores, cum manuum ac pedum infrigidatione, mors, qua nihil exorabilius, colophonem imposuit.

Dissecto Thorace, cor solito tumefactum erat, præsertim dextra cavitas, quæ & sanguine coagulato non tantum tumuit, ast carnosum, latus magis carnosum & crassum, quam solet, fuit. Arteria & vena pulmonalis, coagulato cruore

re distendebantur, vena aurem cor
ingressura interius cartilaginosa sub-
stantia fere claudebatur, adeo ut
vix aciculam crassam admittebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Causa hujus palpitacionis manife-
sta est, omne enim malum ab occlu-
sione venæ pulmonalis dependebat.
Cum enim sanguini per cordis fini-
stram cavitatem liber transitus non
patefcit, in cordis ventriculo dex-
tro ac pulmonibus, eorumque vasis
certè stagnare cogitur; & per conse-
quens novimus sanguinem stagnan-
tem coagulari, hinc sanguis grumo-
sus & coagulatus ortum habuit, imo
& cordis vasorumque pulmonalium
intumefactio, præsertim dextri ven-
triculi, qui & magis musculare,
crassum & robustum erat, quia oc-
cludente vena pulmonali fibræ cavi-
tatis dextræ, eo fortius sanguinem
in pulmones propellere debuerint,
hinc vis istarum fibrarum aucta fuit,
& fibræ magis magisque distentæ, ut
illi qui à juventute continuis labori-
bus se affuescant, robustiores, & ma-
gis torosi fiant, quam qui delicatiori
vita fruuntur.

Facile quoque percipimus, quare
cor

cor tam vehementer costis allidebatur, ac costæ extrorsum protruderentur, hoc quippe factum fuit à motu cordis fortissimo, nam cum sanguis venam pulmonalem subire non poterat, motus quasi duplicabatur, quia sanguis se reflectere cogebatur.

Ad quemvis motum concitationem anhelus fiebat, ex eo quod sanguis tunc celeriori motu per pulmones concitatus, ibidem gradum progressionis sistebat: atqui hoc modo, impletis à sanguine stagnante pulmonibus, aeris introitus excludebatur, & anhelus fieri coactus fuit.

Arteriarum pulsatio in manuum carpis admodum remissa fuit, non mirum, nam ex cordis sinistro Thalamo paucum sanguinis exiebat, unde & succi cerebrales pauca quantitate in cerebri glandulosa parte segregabantur, qui & elater pulsum, omniumque actionum in humano corpore sunt.

Morte tandem appropinquante, sanguis ferè in pulmonibus fixus stagnabat, quare & partium externarum frigus oriebatur, nec non lipothymiz crebra.

Alia

VIII. OBSERVATIO.

*Alia cadaveris, à cordis pal-
pitatione denati, inspectio.*

Similem ferè observationem anno
M. DC. LXXXIII. medio de-
cembris hic *Amstelodami*, præ-
sentibus *Fred. Ruisch, van Seil, van
Tongeren* aliisque doctoribus & Phil-
anatomicis, habuimus.

*Vir, nisi fallor, triginta annorum,
cum vivebat, quotidie de tussi cum anhe-
latione pectoris ac gravitate circa hepatis
regionem querebatur: ac à motu corporis
celeri in cordis palpitationem incidebat,
que postea sensim cessabat. Aliquot
diebus ante obitum crebras lipothymias
patiebatur.*

Thorace dissecto, aliquot libris
lymphæ, recenter ex vasculis lym-
phaticis effusæ, pectoris cavitas re-
pleta erat: cor duplo majus quam
solet: arteria magna una cum valvu-
lis circa cor, osseam seu potius pe-
trosam duritiem acquisiverat, &
tam arctè occlusa, ut vix crefficulæ
cras fuscule glandem admittebat.
Hepar planè scirrhum fuit.

M O R

MORBI ÆTIOLOGIA.

Per angustatam & penitus ferè concretam arteriam, tanta sanguinis copia eam pertransire nequibat, quam quidem decuit: ideoque in ipso corde stagnare ac motu suo reflecti cogebatur, unde jugis cordis palpitatio, ejusque laterum dilatatio, & magnitudo solitam peripheriam superans. Cum porro sanguis nec pulmones liberè pertransire poterat, lymphatica vascula adeo premebantur & coarctabantur, ut ruptis vasculis, lymphæ in cordis cavitatem effluebat.

Sanguis interim & cor & pulmones subire impotens factus, in ipso hepate, à quo ad cor magna quantitate solet ascendere, morari nimis coactus fuit, ac interim ex mora diuturna in eodem coagulatus fuit, & corruptus, unde circa jecoris regionem dolor gravativus. Cætera viscera satis sana erant, quia à sanguine minus lædi poterant.

Ana-

IX. OBSERVATIO.

Anatome cujusdam , qui ex dolore circa renum & lumborum regionem obiit.

Vir quadraginta circiter annos natus , ab annis tribus cruentis renum ac dorsi doloribus nonnunquam recurrentibus laboravit , & inter mittendum arenulas rubras magna copia excrevit ; quibus symptomatis vomitus gravissimus accedebat. Omnes medici ad medicandum adhibiti , eum nephriticum aut calculosum judicabant. Tandem seivissimis hisce doloribus repetentibus , morti succubuit.

THorace aperto , sinister pulmo sanguine extravasato turgidus fuit ; alias pulmones sani satis. Cor se bene habuit : diaphragma in latere sinistro ac in parte carnosa erat perforatum , per quod foramen , putrida quasi caro , livida , ac nigricans perterebravit. Sed cum ad abdomen ventum esset , ipsum pancreas longitudinem duarum spithamarum , duarumque manuum transversarum latitudinem obtinuit. Porro putridum

dum ac cancrum; regio circa spinam, venamque cavam, corrosa fuit, imo renes ipsos sphacelo obduxit ac putridos reddidit, nec arenæ nec calculi inventi sunt. Bile intestina conspersa erant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quoad in pulmonibus sanguinis extravasationem, illam casu ex gravissimo vomitu, procul dubio factam credo. Novimus sæpe vasa sanguifera ex vehentissimo vomitu rupisse, quod lippis atque tonsoribus notum est. Cum enim aer inspiratus pulmonibus vi convulsiva exprimitur, necesse est quædam vasa admodum constringi & angustari; qua occasione interim vasa a sanguine affluente ad rupturam implentur, & hinc sanguinis ad aliquot libras effusio.

Porro quam difficile judicatu sit de lumborum doloribus, hic liquet: ab omnibus medicis calculosus judicabatur, cum interim ne ullum calculi vel arenularum stigma in toto cadavere inveniebatur. Sed rogabis, unde arenularum copiosa mittio? ad id respondeo, arenulas non fuisse per urinam excreta; sed quia lo-

tium

tium nimis salsum ac rubrum erat; arenulæ, postquam friguit, ad latera, mediante salsedinis crystallisatione, concreverunt: quod sæpe in propria urina animadverti, præsertim post esum asparagorum; tunc lotium reddidi fætidum sine arenulis; ast cum aliquot horis steterit, ecce ingens arenularum rubrarum copia matulæ albæ ex *porcellana Hollandica* factæ, lateribus adhæsit.

Origo totius morbi igitur, fuit obstructio glandularum pancreas constituentium: succus enim, qui dicitur pancreaticus, nimis lentus, & acidus erat: lentor sive mucago obstruxit glandulas pancreatis, adeo ut succus, alias fluidus, per ductum pancreaticum in duodenum sese exonerare non potuerit: cum interim copiosior succus ibidem sequestraretur, & major sanguinis quantitas accumularetur, quam per vias ordinarias reduci potuerit, corpus pancreatis immensum augeri debuit: atqui hinc patet, cur debito longius & latius erat.

Deinceps si Visciditati huic admixtæ sint particulæ acutæ sive acidæ, utrinque scindentes, rota pancreatis machina corroditur: hinc pri-

primo inflammatio, & deinde cancer: cujus succus admodum corrosivus, partes vicinas, & carnosam diaphragmatis partem primo perforavit; postea renes, venamque cavam cum spinæ regione sphacelo ac putredine corrumpit.

Per foramen diaphragmati corruptione illatum, expirando, abdomenque cum intestinis intus versus diaphragma premendo, pancreas in thoracis cavitatem latum fuit; eo modo, quo *Historia prima & secunda* de ventriculo ac intestino colodixi.

Non mirum intestina bile fuisse spurcata, cum fellis vesicula huic glandulæ vicina erat: atqui mos non est in tuto existere paries cum proximus ardet. Et si folliculus fuisset integer, ductus bili communis ob vicinitatem meatus pancreatici, potuisset facile corrodi, unde bilis per intestina flavedo.

Post

X. OBSERVATIO.

*Post brachii vulnus materia
purulentæ per alvum & uri-
nam excretio.*

*Nobilis gallus per brachium sinistrum
pugione perforatur; accommodato se-
cundum artem vulnere, per alvum
& urinam purulenta excrebat non
pauca; ast si vulnus ipsum multum
puris evomebat, per anum & vesti-
cam istius ejectio minuebatur. Tandem
ebuit.*

Pallida mors æquo pulsat pede
pauperum tabernas, Regumque
turres. Post mortem viscera om-
nia sana.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Læso brachio, plurimæ etiam fi-
bræ non tantum carnes sed & du-
ctus, succum lacteum adducentes,
læsi sunt; isti ductus lactei quicquid
effundunt læviter coagulatur, quia
moram trahi debet: istudque coagu-
lum *pus* vocatur. Si illud pus à du-
ctibus succum nutritium revehenti-
bus absorbeatur, una cum sanguine
ran-

tandem ad glandulas intestinorum, nec non ad renes ducitur, qui & pus in intestina & vesicam ejiciunt, atque sic per anum & vesicam fuit puris ejection. Et illud pus, in vulnere jam restitans non absorbeatur, saltem illud necdum effusum, & in vicinis partibus degens, circulando ad intestina & renes duci potest.

Plurimi Spectatores *hujus artis chirurgicae* in dubium quasi illam puris mictionem trahere videntur: Historiam narrabo, alicujus bajuli, ubi ipse cum domino Doctore *Joh. van der Poll* (olim in arte pharmaceutica praeceptore meo) saepius ad fui. Cedit igitur onus grave in pectus bajuli, cumque adeo læsit, ut pro mortuo domum à sociis portaretur. incidit primo in Hæmoptysin, deinde in pyoptysin sive puris sputum non tantum, sed cum minus puris spuebat, copiosum purulentum perlonum reddebat, quod alio modo fieri non potuit, nisi quod pus necdum effusum, nec rigide coagulatum per vasa reducentia absorbeatur, & per ductus urinæ excretorios excernatur.

Sed cur Gallus noster minus per urinam puris ejecit, cum vulnus mul-

tum

tum dabat & id fieri potest, cum quis multum biberit, tum major puris quantitas poru hoc absorpto ex vulneris vicinis partibus solvitur & per urinam redditur: cum alias, pus refluere impotens (deficiente nempe liquore) in vulnus effundi cogitur.

XI. OBSERVATIO.

Ex violento exercitio, sanguinis mictio, cum dolore è renum regione, & abdominis intumescencia.

Generosus quidam Vir, post violentum pile italica seu recussabilis exercitium, incidit in Hemorrhagiam per vesicam se evacuantem. Primis octo diebus urnas duas sanguinis minxit. Se extraordinarie postea movere non ausus fuit, quin sanguinis fluxus statim rediret. Octo aut decem annos ita in hoc statu mansit. Vixit annis renum interim dolores gravissimos passus est, hoc est ad obitum usque. Tres annos ante mortem, venter valde intumescerebat, insensibiliterque quotidie immensum usque accrevit. Savientibus hisce doloribus una cum abdominis intumescencia variis temporibus ex vesica qua-

quatuor aut quinque pintas ejusdem materia excrevit, ac postea aperto ventre post mortem inventa sit. Tandem Aetatis suae anno sexagesimo sexto vitam cum morte mutavit.

Post dissectum abdomen, inventum est corpus aliquod monitrosus, à primo intuitu ignotum, totam ferè cavitatem occupans; adeo ut facile non erat cætera viscera ab invicem dignoscere, nisi coli partem, supra tumorem in formam cinguli incedentem. Colon ascendebat sub tumore hoc à dextris ad partem sinistram, & descendendo versus anum, terminum consequebatur. Valde complicatum fuit; & cum ordinario inversum S. Romanum repræsentet, hic figurâ anguli obtusissimi, in medio tumoris locati, apparuit. Tumori huic membrana facile separabili connectebatur.

à Parte sinistra, copia vasorum sanguine distentorum conspiciebatur. Observandum quoque, tumorem hunc, magis sinistram quam dextram regionem occupantem, costas ac sternum elevasse, imo intestina omnia ac splenem ad dextrum latus compressisse : lien enim supra

B

ver-

vertebras lumbares inveniebatur.

Inciso tumore, prodiit materia differentis consistentiæ ac diversi coloris: hæc erat fluida, flava, & glandulosis corpusculis plena, calculis inæqualibus, asperisque ad pollicis magnitudinem, permixta: altera viscosa ac crassior, colore obscuro-viridi, olei olivarum amuræ instar: tertia materiæ species alba & grisea mellis crassiusculi vel glutinis soluti in modum erat.

In fundo tumoris quinque aut sex sanguinis coagulati libræ inveniuntur, cujus pars, carnis ferè consistentiam habebat, & ab interna facie ab omni parte calculis munita. Mirum hanc materiam fuisse *aspermam*, cum videatur diu in abdomine latuisse.

Membrana tumorem continens inæqualis crassitiei erat. Quibusdam in locis digito transverso æquabat, in aliis tenuior multo, in cæteris plurima pinguedine obducta fuit. Materia hæc libras octo & sexaginta pendebat; membrana ipsa novem libras æquavit.

Omnibus bene examinatis, vidimus corpus illud non fuisse abdomini
alie

alienum, sed renem sinistrum in tantam molem extensum. Proximè figuram ovalem repræsentabat; circumferentiâ quatuor pedum & octo pollicum habebat: diametèr erat trium pedum ac decem pollicum. Superne urether incedebat ab hoc rene versus primam lumborum vertebam, qui tandem vesicæ inferbatur. Vena & arteria renales præter modum magnitudine auctæ erant. Ren dexter erat ut decet. Cor multo majus & musculosius solito fuit, ejusque vasa valde dilatata, & substantiæ cartilaginosa, præsertim arteriæ magnæ principium cum valvulis.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Miserrimus noster patiens violentissimo hoc motu totum renem laceravit, & in hoc totus morbus consistit; nec ramen ilico sphacelo correptus, sed vascula quædam interiora una cum pelvi dirupta fuerunt, unde tanta sanguinis copia per vesicam exonerari potuit. Laxâ enim pelvi, facile per urethram sanguinî ad vesicam patebat via.

Vulnere hoc leviter cicatrifato,

B 2

ni-

nihilominus ab exercitio paulo majori haud difficile de novo sanguinem effudit, atqui hoc causa fuit, cur se quietum tenebat, Interim cum cruoris ex arteriis in venas reditus ex ruptione facta aliquomodo denegaretur, hinc ipse ren magnitudine sensim augebatur; & eandem ob causam membrana renem ambiens distendi oportuit, unde dolor quotidianus saevissimus. Jam mirum videri non debet intra renis cavitatem, magnam cruentæ materiæ copiam fuisse collectam; nam ruptis vasibus internis, sanguis allatus redire in venas impotens erat, hinc ibidem plus colligebatur quam reduci potuit: materia hæc collecta tandem in substantiam versicoloris & consistentiæ mutata est, illudque tempore præsertim paulo ante obitum factum conjicio, quia foetore carebat, antea enim liquor effusus aliquo modo circulari fortasse potuit, sed postea per vesicam exoneravit aliquot pintas.

Glandulæ quæ in substantia renis erant, ab obstructione majores redditæ, fuerunt illæ quæ inveniebantur, quarum quædam melleæ factæ sunt, & aliæ (crystallifatis particu-

sis salinis) calculosæ. Pinguedo membranæ adhærens fuit à membrana adiposa.

De hoc morbo nihil aliud dico, quam, quod fuerit varicis species: quemadmodum enim varices ex magno labore, currendo, saltu & coriantur, ita ab exercitio vehementiori etiam originem sumere possunt.

Arteriæ magnæ truno una cum diaphragmate à tumore hoc, pressa, non potuit sanguis ex corde liberè per omnes abdominis partes spariari: ideo subsistente in corde sanguine, ejus latera non parum dilata sunt quo cor majus factum est: fibris interim circa arteriæ initium diruptis, & ab extensione quasi paralyti tactis, moribus obeundis inidoneæ fuerunt; hinc ab obstructione succorum iis inhærentium, tandem obri-guere & cartilaginis duritiem acquirere.

XII. OBSERVATIO.

*Anatome tabidis, ante annos
tres pleuritide laborantis.*

Quinquagenarius ab annis tribus labora-
verat pleuritide, incidit postea in ruf-
ficulam, cum flatibus; ac viscida
sæpe sed nonquam pus aut sanguinem
expuebat. supra diaphragma, adnota
aut materia fluctuans audiebatur.
Omnibus remediis frustra applicatis,
inter quartam & quintam vertebram
cauterio aperta via est. Multum cru-
di puris effluxit, sed quinque post dies
mundo cessit.

Post cadaveris dissectionem pul-
mones quasi exucci & scirrholi:
membrana pulmones & costas
fuccingens syderata pro parte erat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

In aliis scriptis, præsertim in libro
eius. titulus est *idea medicinæ præ-*
ætor docui pleuritidem non tam
pleuram quam ipsos pulmones posse
invadere. rationesque addidi, quis-
quis curiosus. adeat citatum li-
brum

brum: ita in hoc cadavere nullum in laterali membranâ stigma inveniebatur: sed pulmones affecti erant.

Inflammatio tunc temporis fuit in eo pulmonis loco, quo pus factum vix per bronchia & laringem expui poterat: ideoque post pleuritidem, materia necdum excreta acrescebat, membranasque pulmonum systema constituentes aciditate suâ ad motus convulsivos irritavit, unde tussis. nam *tussis* nihil aliud est quam vehemens *pectoris & pulmonum efflatio*, qua id quod spirandi instrumentis est molestum, vi aeris expellitur. Atqui iste motus non aliunde oritur quam à convulsione.

Non difficile tunc conceptu erit, quomodo pus copiose sensim aggestum, tandem in diaphragma eruperit: i. no quare postea toti pulmones cum membrana pleura siderati sint; omnes etiam glandulæ, quas pulmones continent, tandem à pure & humoribus viscosis obstructionem passæ sunt, hinc eorum ariditas ac scirrhusa facies: cum enim succi glandulas amplius permeare non possunt, in-

B. 4. scir-

scirrhum incidunt, & per consequens sicciores fiunt.

Nihil puris aut cruentæ materiæ expuit, quia, ut statim dixi, se ob longam à trachea distantiam in fistulas respiratorias exonerare nequivit. Quod interim flatulentus fuit, mirum non est, cum omnes pituitosi à quavis occasione inflantur: aer enim inspiratus, vel alio quovis modo intus in corpore tractus, si visciditatibus inhæreat, non tam facile extricatur, quam si, succis haud tenacibus esset permixtus: aer quippe aqua pura conclusus difficilius bullas excitat quam si sapo admixtus fuisset.

XIII. OBSERVATIO.

Empyematicus, post pleuritidem, dissectus.

Incidit quidam in pleuritidem, ac tandem in Empyema.

CAdavere dissecto, musculi intercostales ac pleura apostemate erant affecti; pus acrius factum & pulmones sphacelo affecti, ac

ac diaphragma corrodit, & foramine in dextro ejus latere excitato, inter viscera imi ventris perfundebatur, quo ventriculi ac intestinorum tunicae exteriores corrosae & discolores inveniuntur; tandem intestinum rectum corrodendo perforans, pus una cum excrementis per anum foras eliminabatur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

In aliis scriptis demonstravi & ratione, & illustrium virorum experientia, morbum lateralem ἐπὶ τὸ πλάγιον pulmones pati: procul omni dubio quin etiam in hoc agro pulmones inflammatione & deinde abscessu correpti fuerint. Ita & musculi intercostales una cum pleura ob viciniam facile infici potuerunt. Pus deinde pulmonibus effluens, acrius evasit, & corrodendo ipsum diaphragma perterebravit, unde in abdomen effluxit; atque sic non tantum intestina sphacelo corripuit, sed & anum ipsum perforavit.

Memini me olim vocatum Leonardæ fuisse à nobili matrona, cui pus etiam per foramen ano corrosione illatum effluxit. Laborabat enim

B 5 an-

antea matricis abscessu, ex quo pus per intestina spargebatur. Post mortem renuerunt liberi ne aperiretur, cum ipsa id à me viva adhuc, serio postulaverat.

XIV. OBSERVATIO.

Dysenterici viscerum inspectio.

Hortulanus diuturna Dysenteria donatus, aperiēbatur.

In testina erant admodum inflata, interiorque tunica penitus abrasa. Hepar sublividum. Vesicula felle viscosa, imo pultacea ac crassa bile distenta ac turgida.

MORBI ETIOLOGIA.

Deficiente in corpore nostro bile, qua suo alcali omnem aciditatem amovet, humores acidi & acres certissime in sanguine abundare debent. Hinc sanguis coagulatur, & recens chylus acorem contrahit. Jam facile causam invenimus, cur hepar hujus cadaveris fuerit sublividum.

sanguis enim illud viscus pertransiens, nimia aciditate fuit sphacelatus, unde color plumbeus. Porro ex sanguine ita coagulato ac viscido nihil bilis potuit sequestrari, nisi humor crassus, lentus vel pultaceus.

Acidi porro humores, qui à glandulis intestinorum segregantur, non modo convulsiones unde eorum inflatio; sed & corrodingo continuam foecum egerendi necessitatem pariunt. Nam *Dysenteria* nihil aliud est, quam frequens humoris acris & acidi cum dolore egestio, cui & febris cum siti adiungitur. In huiusmodi morbis chylus adeo acidus evasit, ut sanguini jungi & misceri non possit, eodem ferè modo ac lac coagulatum, quod cum sero, ab eodem secreto, nunquam ita exactè uniri potest, sed semper ab invicem caseus & serum secedent, illudque mulierculæ culinariæ observant, cum crassamentum lactis serosi subsidere & fundum petere videant. Ista casei & serici secretio, cur quoque chylus noster non esset obnoxius? caseus in hoc affectu sanguinem reddit tenacem, crassum & viscidum: serum acidum ad intestina ruens, ibi convulsiones

& corrosiones excitat, unde dolores & frequens egestio. Sanguis coagulatus tandem, ob motum particularum acidarum & alcalicarum incallescit, febrimque adfert, & salivæ inopiam, qua sitis excitatur.

XV. OBSERVATIO.

Ulceris Hepatis dissectio.

Certa quidam inflammatione jecoris laborans, taliter qualiter se habuit; incidit tandem in fluxum alvinum, quo sanguis concretus excernebatur. Languit sex menses & emaciatus fuit usque ad mortem.

Cum cadaver aperiebatur, mirum, loco hepatis sacculus crassus & membranofus inventus est, cui pus cruentum, & aquosa quædam inerant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Dixi sæpius chylum acidum, sanguinem ita inspissari, ut circulationi ineptus evadat; exinde obstructio-

nes.

nes five in Hepate, ut hic, vel in alio quovis viscere pariuntur. Particulæ caseosæ chyli in tenuioribus jecoris canaliculis sedem fixerunt, erant enim tam crassæ, ut eos permeare non potuerint: hinc primo obstructio. Succum porro, qui continua circumductione circa obstructiōnem restitire cogebantur, incallescere incipiebant: succi enim quodammodo stagnante, occasionem majorem nanciscuntur, quam cum celerrimo ita vehebantur: atque hæc incallescencia à medicis *inflammatio* seu *phlegmone* appellatur. Succum interim ibi tardius moventes acorem contrahunt, unde pus. Pus enim nihil aliud est, quam succus chylusus leviter coagulatus; quod si diu in parte quavis remaneat, foetet. In hoc cadavere omne pus in hepatis membrana remansit, & quicquid intus Hepatis substantiam constituebat, continua rosione consumptum est: hinc pus non unius formæ sed cruentum & aquosum, nam vasculæ erosa sanguinem & lympham aliquatenus adhuc adferebant. Non mirum videri oportet eum fuisse inbecillem & mortis instar emaciatum, cum omne succus nutritius

continuo corrumpabatur. Imo corrupto chylo latex serosus intestina erexit; adeo ut sanguinea vasa sanguinem effunderent, qui coagulatus per anum excernebatur; atque sic debuit extrema sua fata claudere.

XVI. OBSERVATIO.

*Cadaveris anatome pulsu circa
umbilicum laborantis.*

Coudanus civis super umbilicum pulsu vehementi, ac si esset ab arteria quadam aut corde, laborat; imo tam fortiter pulsabat, ut manus applicata elevaretur: pulsus quoque cum carpi harmoniam habebat, systole quippe & diastole conveniebant. Ignotus erat morbus; nemo medicorum divinabat.

D Issecto cadavere, vena cava descendens materia adiposa & medullæ instar repleta erat; arteria aorta duplo quam solet amplior. Cor duplo majus & flaccidius. Sanguis tam in arteriis quam corde niger. Justo majus hepatis fuit; imo ves-

vesicula fellis magnitudinem ordinariam non tantum bis superabat, sed bilem continebat ex obscure viridem, viscidam ac plane pultaceam.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Non dubito quin steatoma quoddam ductui istius venæ obsefferit, quod arteriam magnam ita compresserit, ut sanguis descendens liberè ad partes inferiores meare non potuerit. Atque hæc causa istius palpitationis erat: novimus omnes arterias, si comprimantur exterius vel interius extendantur, sensibiliorem pulsus excitare, quam alias cum liberæ sint, & sanguis liberrime pertranseat. Idem exemplum in cordis palpitationibus habemus, ubi si polypus aut vasorum concretio, aut aliud quodvis impedimentum adfuerit, statim solito magis palpitat.

Intellectu jam difficile non erit, quomodo arteria supra compressionem ita fuerit dilatata: sanguis enim ibidem à compressione subsistens, & à corde acceleratus, rectâ viâ incedere impotens, latera adeo dilatavit, ut arteria fistula du-

duplo aut triplo major evaserit. Ob eandem rationem etiam cor fuit dilatatum & iusto majus ac flaccidius, quia sanguis in arteria subsistens, cordis cavitates quoque ita replevit, ut latera iusto magis dilatarentur, fibræque invicem rumparentur, ideoque fuit tam flaccidum & spongiosum.

Porro cum lien, hepar, ventriculus & intestina arterias supra obstructionem accipiebant, majori sanguinis copia gaudebant, ideoque hepar communem mensuram ferme duplo excedebat. & quia bilis deficiebat, cui sanguinis fluiditas pro parte debetur, visciditatibus Vesicula fellis repleta fuit: quæ ob lentissimum motum & particularem firmam connexionem, ita coadunatae sint ut tandem materiam pultaceam syrupi spissioris instar repraesentaverint. Color obscure viridis ab acido ortum habuit. omne enim fel, si acidis admisceatur, statim tincturam viridem obtrinebit.

Sed quare inferiores partes gangræna aut sphacelo tactæ non fuerunt quispiam rogabit? respondeo hoc non opus fuisse, cum sanguis, licet haud magna copia, exigua ta-

men

men illas partes irrigabat, qui re-
dux aliquomodo venam obstructam
pertransibat. Imo vascula lymphati-
ca nihil commune cum istis ob-
structionibus habebant, cum ex
cruribus ad glandulas inguinales,
& deinceps ab illis ad chyli cister-
nam vehantur. Ast si obstructioni-
bus obnoxia fuissent, ilico Hydro-
picorum more intumuiscent, &
paulo post gangrænam & Sphace-
lum incurriscent.

Sanguis in arteriis & Venis ni-
ger erat, non mirum, quia omnis
sanguis, à motu celerrimo impedi-
tus, aliquatenus coagulatur, &
quo sanguis magis fuit coagulatus,
eo nigrius apparet.

Quoad Steatomata, illud eodem
modo ac Meliceris & Atheromata
gignuntur, atque hæc evenire in
qualibet molli fere corporis parte
possunt. Idem tumor est, vocabu-
lis & materiæ consistentiâ ab invi-
cem duntaxat diversus. Steatomata
igitur à parvulo incipiunt, & diu
paulatimque increscunt, & tunica
sua includuntur; Quædam ex his
dura ac renitentia, quædam mollia
magisque cedentia ac fere sine dolore
sunt: hinc quid intus habeant, facile
coniectu-

conjectura præſagiri poteſt, ſi in partibus externis creverint, aſt in cadavere noſtro intus latuit malum adeo ut medica manu tangi haud potuerit, omnes huiusmodi tumores ex toto nunquam cognoscuntur, niſi cum aperti ſint. Maxime tamen in hiſ quæ renituntur, aut Lapillis quædam ſimilia, aut concreti conferti- que pili reperiuntur. In hiſ vero, quæ cedunt, aut melli ſimile ali- quid, aut tenui pulticulæ, aut quaſi ræſæ cartilagini, aut carni hebeti & cruentæ, quibus alii aliique eſſe conſueverunt. Atheromati ſubest quaſi tenuis pulticula : Meliceridi li- quidior humor ; ideoque preſſu cir- cumfluit : Sreatomati, ut in hoc cadavere, pingue quiddam, idque latiffime latere conſuevit.

Quoad cauſam, puto hanc oriri ex materia chyloſa ab acido concre- ta, quæ ductus lymphaticos vel chy- liferos (qui per totum corpus inve- niuntur) primo obſtruit, & deinde à continuo huius liquoris affluxu ſenſim ſenſimque auget. Concre- tum iſtud lac tandem extendendo vacula hæc adeo dilatat, ut mem- brana concludi videatur : nam mem- brana iſta nihil aliud erit, quam
ipſum

ipsum vas dilatatum. Si huic adsint vascula & cellulæ adiposæ, adeps etiam ibi retinetur, & aliquando in ingentem molem accrescit: & hæc fuit causa, cur arteria descendens ita præmeretur, ut manu super umbilicum aut circiter admota, pulsus vehementissimo motu sentiri non tantum, sed & elevari & subfideri oculis videri potuerit.

Hunc pulsus fuisse cum corde, cæterisque in carpis arteriis æqualem, mirum nemini videri debet, quia circa pulsationem nihil alieni, quam tempore sanitatis solet, accidit, nisi quod pulsus fuerit motu vehementior, qui apud nos palpitatio vocatur.

XVII. OBSERVATIO.

Virginis cujusdam, ileo Laborantis & bufones vomentis, dissectio.

Virgo per annos viginti plurimos bufones evomit. Laborabat pedum tumore, uno cutis ipsa sæpe sindebat ac humor

mor tenuis extillabatur. Erat admodum emaciata. Circa stomachi regionem dolore atroci vexabatur, eodem ritu ac si unguibus ventriculi parietes lancinarentur. Potus & cibi asitia. De dolore, duritie & pondere in dextro hypochondrio semper ferè queritur. Inter dormiendum multum sanguinis evomit; tandem post vomitus immanes, cum excrementis intestinalium feculentium, interit.

Duos tumores habebat magnitudine ferme nucis juglandis mediocris, alter in sinistro latere circa infimos lumbos, alter vero pube tentus eruperat; hic paulo ante obitum sponte sua erumpens in ulcus degeneravit.

Aperto abdomine, ilion tribus in locis involutum erat; nodi seu involutiones digiti longitudinem æquabant, & aliqua intercapedine ab invicem distabant. Intestinum illud hac involutione seu duplicatura tam arctè angustatum fuit, ut liquor siphone injectus non nisi guttatim pertransibat. Injecto liquore & involutiones evaginatae sunt, & per pauca parva & dura excrementa cum quatuor lumbricis perexiguis exturbabantur.

Hepar

Hepar solito grande, quatuor libras pendebat. In media parte concava erat macula alba ducatum aureum adæquans, adipis instar, tactu mollior cartilagini perſimilis, quæ totam jecoris substantiam penetrabat: huic & aliæ minores comites erant. Hepar intrinſecus album & durum apparuit pure & ſanie reſer-tum. Cadaver foetebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Varias de bufonum vomitu habemus observationes, ane fuerint bufones, an analogum quid, certe hæreo. ſum in ea opinione, nihil animale produci, niſi ex ſemine, non dicam ex virili & foeminino, cum expertus loquor, me mente martio araneam vitro incluſiſſe, quæ ova peperit, ſed poſtquam exiccata fuerint, iterum peperit ova, ex quibus, quod mirandum eſt novæ araneæ excluſæ ſint, idque obturato ſemper vitro, ita ut certus ſim maſculam araneam non adſuiſſe. per ſe ex putredine ranas, bufones aut lumbricos generari nego. quid de lumbricis in corpore genitis ſentio, poſtea dicam.

Cre-

Crediderim facile ægram hanc non vomuisse bufones, sed simile quid: fieri potuit illam eiecisse caecosum quid; imo quibus menstrua deficiunt, sæpe vomitus cruentos incurrunt. quid si sanguis coagulatus esset ejectus, qui viscidis ac biliosis humoribus erat involutus, non absimilis bufonibus semierosis fuisset?

Vehementi hoc vomitionis motu intestina ita invicem illata & vaginata fuerunt, adeo ut rota fistulæ intestinalis cavitas maxima ex parte esset occlusa. Non mirum igitur eam dolorem atrocem circa ventriculi regionem fuisse vexatam, cum istæ intestinorum involutions (quæ convulsione & spasmo excitantur) admodum dolorificæ sint, imo ab hac occlusionem factum est, illam astitia laborare; nam quicquid potus aut cibi assumpserat, evomere iterum coacta fuit.

Hunc morbum ab acido, in sanguine & chylo abundante, originem habere non dubito: serum illud acidum glandulis intestinorum extillans, cum tam acerrimum erat, ut ventriculum & intestina posset erodere, dolores intollerabiles excitati sunt.

sunt, hinc convulsiones, quibus intestina invicem volvebantur. Ex humoribus lentis, ibique stagnantibus, lumbrici producti sunt. Corrodente acido vascula sanguinea erodente, sanguis effluebat, qui inscia ægra vomitu nocturno tempore exturbabatur. Ex hac saburra stagnatione etiam foetor ortum habuit.

De dolore, duritie & gravitate sub dextris costis, etiam à sanguine acido & lentis humoribus inquinato Hepatis Vascula obstruente certè originem sumit. Fecit obstructio ut plus humoris admitteretur, quam in venas reducentes amandari poterat, hinc mole auctum fuit. Interna interim substantia ab humoribus obstruentibus, qui & corrumpebantur, erosa fuit, unde dolor. Durities veniebat, quia partim sphacellatum, partim ab humoribus contentis distendebatur.

Ulcera externa etiam ab obstructionibus in musculis aut glandulis ortum ducunt.

Quomodo pedes intumescunt, cum alibi de hydrope agam, explicabo.

XVIII. OBSERVATIO.

*Virgo cephalca immani afflicta, inter
medios cruciatus multum humoris fla-
vi & tenuis naribus effluebat: supre-
ma bieme, excretionē denegata, ca-
pite pejus habuit, in motus convulsi-
vos cum stupore incidit, quæ ante
tertium diem Apoplectica vitam depe-
suit.*

Crebro post mortem inspecto,
humor flavus totam ^{78 17.4}
^{60 18} regionem latice flavo
inaundaverat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Virgines & mulierculæ si juven-
tutis tempore multa acetaria & aci-
da ingurgitaverint, sæpe cum ado-
leverint, in inmanes capitis dolores
incidunt. Illa enim, ut crebro dixi,
humores inspissant, adeo ut circu-
lationi inepti sint: hinc obstructio,
quæ in hac ægra cerebri regionem
occupavit. Vascula lymphatica certè
superunt; qui humor infundibulum
pertransire nesciens, in cerebri ca-
vitatibus stagnavit, adeo ut per
nares

nares exitum quaesivit. Postea vero
nimium Crassescere incipiens, per
nares exitus denegatus fuit : hinc
intra cerebri mania morari coactus,
adeo corrosivus evasit, ut convulsio-
nes pareret : cerebri fibris, hisce
convulsionibus, ruptis, major lym-
phae quantitas exprimi debuit, quae
cerebrum ita premit & obruit, ut
apoplectica interiit. Apoplexia enim
nihil aliud est quam cerebri paraly-
sis sive ab obstructione intus facta,
sive a pressura rei cujusvis externae.

XIX. OBSERVATIO.

*Brumâ sæviente, omnibusque nive ca-
nescentibus, Vir doctissimus atroci
capitis dolore, juxta latus sinistrum
vexabatur, postea de doloribus abdo-
minis quæstus, apoplecticus lumine
placida morte clausit.*

Post Horam novissimam imo
ventre dissecto, mesenterii glan-
dula maxima, scirrhusa & exul-
cerata inventa est. Cranio elevato,
carotis dextra intra cranii mania as-
cendens, prorsus ossea, & si dicere
C liceat

liceat petrosa fuit, cavitare vix permeabili. arteria vertebralis dextra triplo major fuit, quam ea oppositi lateris.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Arteriæ, cum primo ex obstructione paralyfi laborent, cartilaginis formam induunt, & deinde osseæ redduntur, quod non raro circa cor contingit. fortasse ex dolore capitis atroci primo convulsionibus obnoxia fuit, & ex convulsione paralyfis, & sic deinceps: tandem motu dilatationis & contractionis deperdito, concrevit: eodem fere modo ac arteriis & venæ umbilicali accidit, quæ post mortem cavitatem amittunt, & ligamenti indolem acquirunt. mirum arteriam vertebralem dextram triplo majorem fuisse videbitur, sed æger apoplecticus interiisset, si hæc non substituerat, quoc carotis dextra adferre non potuerit; hinc sensum dilatata fuit.

Sed rogabit quis cur de sinistro capitis dolore quæstus fuit, cum dilatatio & concrefcentia à dextris erat? cui regoro, quod occlusa arteria

arteria carotide dextra, impetu vehementiori per sinistrum latus sanguis irrueret quam in dextrum, unde meatus & membranæ magis in hoc latere extendebantur quam in altera: postea vero eodem penula vertebrali dextrâ prospecto, dolor sensim evanuit. Adhæc etiam, dolor primo forte totum *εγκεφαλον* occupavit, qui concrecente arteria carotide indextris desit, in sinistris vero perseveravit.

Obstructione cerebri postea laborans, apoplecticus interiit. Obstructionibus enim scatebat, nam cum ad mesenterii glandulas perventum esset, ipsius glandula maxima scirrhusa & ulcerata fuit, quod sæpe pueris accidit, qui continuo fructibus horariis utuntur, unde chylus concrecit, & istas glandulas particulis caseosis obstruit.

XX. OBSERVATIO.

Cujusdam respirandi difficultate laborantis dissectio.

Decem annorum puer, post morbillos in maximam respirandi difficultatem

*cum gravamine & oppreffione circa
pectus incidit. Postquam aliquot die-
bus agonifans jacuiffet, tandem ex-
piravit convulfivus, Libitineque
relictus eft.*

Poft obitum in cordis thalamo
polypus, arteriam pulmonalem
obftruens, creverat.

MORBI ETIOLOGIA

Quid fint *Morbilli*, omnibus no-
tum, nempe maculae rubicundae,
quae neque in molem attolluntur,
neque suppurantur. Eorum curatio
fi per diaphoretica non fiat, saepe
graves morbos incurrunt; fi quando
eorum virus in sanguine remaneat,
sanguis magis magisque coagulatur,
ut in hoc agro istud coagulum saepe
intra cordis thalamos remanet,
impedimentumque circuitui sangui-
nis praebet; adeo ut pulmones per-
transire impotens, gravamen cum
pectoris oppreffione, imo lipothymi-
as excitat. à coagulo enim obftru-
cto corde, pulmones sanguine fru-
strantur & respirandi difficultatem
praebent.

Porro sanguis cavitatibus cordis
inhæ-

inhærens (quod sæpè in cadaveribus vidi, menlruis suppressis) ibidem columnis & fibris seu tendinibus cordis irretitur tandem duritiem acquirit, & à præterlabente cruore alimentum quodammòdo accipit quod instar polypi consideratur.

Convulsivus expiravit, quia in cerebro succi nervosi de novò non poterant segregari, hinc quod remansit Spiritum, tandem acorèm contraxit, & nervosum genus convulsionibus faciendis exitavit.

XXI. OBSERVATIO.

Cadaveris post respirandi difficultatem & Febrem inspectio.

Sartorii cujusdam infans, nondum annum numerans, incidit per quatuor aut quinque dies in tussim, cum febricula; paulo post se deterius habuit; interim respirandi difficultate, lingua arida & corporis continuâ inquietudine corripitur: Symptomatibus interim nihil remittentibus intra biduum mortalitatem exiit.

C 3

Cada-

CAdavere dissecto, pulmones sanguine stagnante turgidi, & Sanguinei coloris, nisi hinc & inde nigriores maculae apparebant, in cordis ventriculis ingentes polypi erant, adipi concreti admodum similes, qui non tantum cordis cavitates, sed & arteriam pulmonalem, & aortam obstruebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Eadam observatio ferè ac præcedens est. infans frigore correptus facile in tussim incidit; quia frigefactis humoribus, levi occasione obstructions fiunt: Hæc obstructio jam in pulmonibus facta est & corde. In corde enim Sanguis coagulatus polyporum instar cavitates replebat, quo factum est, ut sanguinis circuitus liberè per cor & pulmones ire non potuit. interim stagnantes humores membranaceam pulmonum compagem in motus convulsivos adigerunt, atque hinc tussis. Porro ab eadem causa incallescere incipiebat, & sic febricula excitata est. Sanguis coagulatus cordis cavitates replens, tandem tenacior factus se instar polyporum habuit, unde

unde & Symptomata ingravescabant. Humores porro in toto corpore stagnantes continuam inquietudinem inferebant, quia ex tardiori motu acescunt. Denique cum Sanguis à polypis obstruentibus, cor & pulmones amplius pertransire non potuit, interibat. vitam tam diu integram servamus, quamdiu Sanguinis periodus abque ullis obstaculis peragitur: sin vero retardetur, morbos incurrimus: ast si penitus desinat, animam deponimus.

XXII. OBSERVATIO.

Post subitam mortem cadaveris inspectio.

Fabri lignarii trimestris infans, alias sanus & bene dispositus cum mater cum eo luderet ante focum, subito moritur.

Cadavere dissecto dexter thalamus Sanguine coagulato plenus erat. Cætera Sana inventa.

MORBI ÆTIOLOGIA.

C 4

Inter

Inter ludendum proculdubio infans rixit; unde infantibus convulsio: partes enim totius corpusculi flaccidæ admodum sunt, quo, ad quemvis motum immodicum Epileptici fiunt. Nervi non consueverunt nisi modice moveri, unde si nimis moveantur, statim cerebrales sacci deficiunt, qui alias in promptu erant ad tarde movendum, hinc istius laticis *exeret*; postea à Viscidioribus particulis obstruuntur, & vitam cum morte mutant.

Hac convulsione porro factum est, ipsum cor ejusque vasa appendentia adeo contraherentur, ut Sanguinis circumductio prohiberetur unde mors; quod interim Thalamo dextro inhærebat, coagulabatur, quod sæpe in demortuis fit. Videantur quædam exempla apud doctiss. Virum *C. Stalpart Van der Wiel*.

XXIII. OBSER.

XXIII. OBSERVATIO.

Rhachitidis & respirandi difficultate laborantis, anatomica inspectio.

Infans dentitionis tempore languebat. adfuit à principio tussis molesta & spirandi difficultas, quæ indies incresebant; caput solito majus erat: membra flaccida: carpi ac tarsi protuberabant; aderant nodi in costarum cartilaginibus; venter tumebat: pectus macre fuit. Tandem emaciatus obiit diem.

A Bdomine inspecto, cuncta sana, sed justo majora. Intestina aere turgida. In thorace sternum reflexum, pulmones exsicci & plumbei coloris. Mirum, membrana pulmones succingens aspera erat & protuberantiis, tuberculisque, verrucis non dissimilibus. Apertis pulmonibus, in plurimis locis tartarea seu gypsea substantia concreverat.

MOR

C 1

MOR

MORBI ÆTIOLOGIA.

Infantem hunc ex dictæ vitio, sive cibi sive lactis, quo fugendo aiebatur, Rhachitide seu morbo anglico, laborasse certum est, cum omnia signa huic quadrant. omnia viscera in hisce symptomatibus, quæ nervos à cerebro accipiunt melius habere videntur, quam membra, quæ nervis ex spinali medulla gaudent. Causam genuinam in obstructione medullæ spinalis pono: quæ non quidem plane paralytica est, sed pro parte. Succum enim nervosi talem particularum proportionem possunt habere, ut cerebri glandulas, ejusque nervorum originem facile permeent medullamque spinalem quasi obstruant. Hinc causa petenda cur quædam partes nimium nutriantur, quædam autem flaccescant.

Incurvantur ossa, quia muscoli non erescunt, eodem ritu ac si funis arbori circa radicem & summitatem accommodetur, tum arbor primo esset recta, elapsis vero aliquot annis plane esset curva hoc modo etiam tota spina incurvatur, adeo ut *κυνώσῃ* vel *λογδῶσῃ* laborent.

Ossium

Ossium nodi protuberant, quia alimentum tenax ad nodos copia quidem affluit, sed propter lentorem altius in substantiam magis osseam non penetrat, ideoque intra ossium tubercula magis spongiosa subsistit, & protuberare facit.

Cum spina ita contrahitur, thorax angustatur, hinc pulmones haud iuste explicantur & ansum difficili respiratori præbent. Humores interim ibi stagnantes si particulis salinis scateant, crystallantur, & calculosos pulmones efficiunt. Glandulæ enim minimæ, quæ pulmones perreptant, facile lentis & salinis humoribus obsidentur. Vidi sæpe calculos tracheæ adhaerentes, qui unciam semissem & aliquando integram pendebant, ut dixisses totam tracheæ fistulam petrefactam fuisse, adeo calculosa erat. Ejusmodi petrefactio refert *Clariss. Theod. Kerkringius, obs. xxvii.*

Non mirum igitur in infantulo nostro pulmones ita inæquales fuisse tactu, cum calculi per ipsam membranam ferè protuberabant, hinc liquet cur respiratio difficilis fuerit, aer enim ab hisce tuberculis excludatur, quo melius succi petrefa-

Eturi crystallifando ansam habebant, quam cum moverentur : nullus liquor falsus crystallos mitteret, quamdiu moveatur, sed duntaxat, cum quietus sit.

XXIV. OBSERVATIO.

Hydropis dissectio.

Vir quinquagenarius diebus canicularibus in febrim tertianam, deinde appropinquante autumno in quartanam, rhythmum ordinarium non tenentem incidit. Mense novembris Hydropicus factus, initio Februarii sequentis anni obiit. durante tertiana plurimis julapiis refrigerantibus ac purgantibus, à Pseudomedicis præscriptis, usus fuit.

Syderatis intestinis, Hydris similibus, cum corrupto omento ac jecore scirrroso inventus est.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Sæpè vidimus eos, qui tempestate calida multum frigidioris potus ingurgitassent, in febres cujuscvis generis incidisse. Nusquam quidem norum

BON.

non est, medicos etiam febricitantibus medicamenta refrigerantia præscribere. Sed si februm indolem paulo subtilius excoluissent, ad meliorem scientiam pervenissent. Febris enim nihil aliud est, quam humorum corporis acor, quo non tantum sanguis nimium inspissatur, sed acidis particulis in cerebro effrænis, totum systema nervosum ad convulsiones ferè irritat; adeo ut febris sit convulsio, præcipuè cerebri & cordis. Atque hinc omne frigus. Porro cum sanguis tardius incedit, particule acidæ & alcalicæ in sanguine existentes, sibi invicem approximantur, & exinde febris calor exæstuans. Quando sanguis celerrimè vascula pertranseat fermentandi præceps præscinditur occasio. Putrescunt, ni moveantur aquæ. Nulli liquores fermentantur, nisi sint quieti.

Si mea hypothesis veri habeat similitudinem, cur quæso non potius sanguinis acidum temperantibus, diaphoreticisque utantur, quam potionibus sanguinem refrigerantibus. acido domato, humorum circuitus acceleratur; sudationeque facta, in materia peccans foras eliminatur.

frigida & acida, ex quibus julapia constituuntur, Sanguinem figunt, inspissant, & circumductioni ineptum reddunt.

Discimus experientia quotidiana, eos, qui incaluere nimium, post frigida potus haustum, pleuriticos fieri, aliosve ejusdem normæ morbos incurrere: quare *Medici Experientales*, semper *Deam Experientiam* invocantes ejusmodi exempla non intueantur: si his frigida noceant cur non illis. Sanguis igitur refrigeratoriis opus non habet, sed potius calidis, ut eo melius ipsius motus acceleretur: præscribo potum calidum, ex Thea, coffea, salvia, origano, aut croco, hæc aqua fervida diluuntur, & magna quantitate absorbentur; hinc sudor non paucus, sitis extinguitur, & æstus febrilis exploditur. Ex hoc dissimulamus omnem experientiam, non semper fidendam, sed rationem debere eam comitari. Veteres, Hippocrate & Erasistrato ducibus, non contenti Febres & ulcera agitare, morborum quoque indolem ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse solæ experientiæ innitentes, verum omnia, quantum ingenii

genii acumine poterant, ideo quoque majores medicos extitisse. Ratione vero opus est ipsi medicinæ, si non semper, tamen sæpe, teste *Celso*.

Non obiisset pater noster ab Hydrope, si meo ritu medicatus fuisset. Ipsi enim sanguis à refrigerantibus & acidis tam densus factus, ut obstructionibus faciendis, aptissimus esset. à Nimia sanguinis constipatione liberatus quidem fuit à febre, quia, domatis particulis alcalicis, acidum cum viscidis particulis fere solum supererat, & exinde febrili calore amplius accendi non potuit. Cui rei faciendæ tunc sanguis crassus aptius fuisset, nisi obstructionibus inducendis. Vasis lymphaticis unde libet obstructis, & crassa lymphæ infarctis, multum lymphæ primo colligitur; deinde ruptis vasis, omnis liquor in abdomen effunditur, Hydropemque inducit.

Lympha jam effusa fit acris, visceraque abdominis corrodit, quæ sphacelo corripiebantur & Hydris similia erant. Jecur, ex obstructionibus nimis, obstructum, scirrhum patiebatur. Nimiis enim refrigerantibus & purgationibus, vires deperdi-

perditæ non restaurantur, alii indies decrescunt. Hinc sanguis incrassatus non tantum non liberè vascula hepatica permeabat; verum ob virium inopiam cordis non solum, sed & vasorum omnium systole & diastole non parum imminuebantur; adeo ut sanguis lentissimo gradu incedens, in ipsis vasis stagnare tandem coactus fuit. Atque hac occasione Hepati scirrhus inductus. Scirrhus enim nihil aliud est, quam sanguis, aut alius liquor, in ipsis vasis cujusvis partis, instar coaguli, coactus & induratus.

XXV. OBSERVATIO.

Post ictum & lapsum subita mors.

Temulens in pectore ictus, labitur repente attonitus in humum: mox spiritus gravis, vomitus frequens, vox suppressa, & spuma circa os; qui, paucis momentis elapsis, vitam deponit.

IN Calvaria erat rima. Frequens sanguis cerebrum obruebat. Pulmones plurimas lividas maculas habebant. MOR.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quandoquidem imperitissimæ gentes herbas, aliaque prompta in auxilium Vulnerum morborumque noverunt, Huic tamen remulento nullibi terrarum nec radix nec herba, frutexve cretum erat. Facta enim in cranio rimâ, vascula abrupta sanguine effuso cerebri systema inundarunt, adeo ut liberè diutius moveri non potuerit; compressis deinde omnibus meatibus, non licuit sanguini ex carotidibus calvariam intrare, multo minus per ductus nervosos exire, atqui hoc modo apoplecticus decessit.

à Subito ictu in pectus nervorum cordis ac pulmonum quædam convulsio, unde impedita sanguinis per riodo, cruor in ipsis pulmonibus non tantum moram trahebat, verum etiam coagulabatur, & exinde maculæ fiebant lividæ. Ex motu convulsivo quoque vomitus, vox suppressa, & respiratio gravis, cum oris spuma. Hæc symptomata nonnunquam cerebri vulnera ex fucci nervosi motu ἀναμάλλει comitantur. Quid porro sit convulsio, & quomodo

modo perficiatur, lector adest quæ-
so ideam præceos medicam, olim à me
luci expositam.

XXVI. OBSERVATIO.

Vulnus cordis lethale.

*Miles generosus ab alio ad pugnandum
irritatus, sub mammilla sinistra us-
que in substantiam cordis digladi-
atur; à pugnando tamen non cessabat,
sed hostem fugientem ducentis passibus
insequebatur, tandemque animam
eodem in loco dabat.*

THorace post obitum dissecto,
vulnus digitum indicem admit-
tebat, ac plurimum sanguinis
effusi supra diaphragma visebatur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Cor dissectum habere, præfer-
tim si vulnus in ventriculos pene-
tret, lethale; quia sanguinis circum-
ductioni fons est cor. Læso quip-
pe corde, effunditur Sanguis in
thoracis cavitatem, qui alias per
arteriam magnam in universum cor-
pus

pus vehi oportuerit : & effuso sanguine , convulsoque corde , vita desistit. sed fugientem Hostem aliquot passibus infecutus est , quia paucò tempore omnis sanguis ex vulnere effundi non potuit.

XXVII. OBSERVATIO.

Hæmoptoici post obitum dissectio.

Advocatus longo tempore sæpè sanguinolenta deinde purulenta expuit , quæritur de magno dextri lateris dolore. tandem e vivis excessit.

Libuit post mortem pulmones indagare. Utrunque costis firmiter non tantum adnati , sed & inferius diaphragmati. In latere dextro fragmenta quædam bronchiorum cum pulmonum membranosa substantia erant avulsa & putrida : pus cruentum copiosum. vox clangosa fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

à Sanguinis spuru puris sputum ,
malum.

malum, atque hoc in nostro cau-
 sarum patrono manifestum; ab in-
 cunabulis ei pulmones diaphrag-
 mati connexos fuisse, facile fidem
 meretur, à quavis occasione, id-
 que à longo tempore, fortè nimio
 corporis motu aut alias, sanguis,
 quam potuit, celeriter per pulmo-
 nes ruebatur, unde vasorum pul-
 mones perreptantium ^{phlegma}, sangui-
 nisque effuso, cujus putredine ad-
 jacentes partes corruptæ, imo &
 trachæ ramulus unus aut alter
 quæ via materia sanguino-
 lenta extusari debuit. Inte-
 rim cum plaga in principio neglecta
 fuit, tandem & purulenta eiecit;
 quia vascula lymphatica à sanguinis
 effusi compressione, obstructa, lym-
 pham effundebant, quæ post aliquot
 temporis moram, in pus versa est.

Haud mirum, cum de dextri la-
 teris dolore conqueri, cum ob dia-
 phragmatis & pulmonum connexio-
 nem respiratio libera ei denegata
 fuit, nam respirando membrana
 connectens, jugi fibrarum elonga-
 tione, læsa fuit.

Porro cum pulmones perforati sint,
 aut alio modo læsi, vox ipsa varia-
 tur, hinc clangosa facta est. Pro
 varia

varia enim pulmonis & laryngis dispositione, etiam vocum efflatio mutatur, quod unicuique obvium.

XXVIII. OBSERVATIO.

Dolorifica abdominis tensio.

Mercator diuturna diarrhæa laborans, debilis admodum & macilentus fit. postea borborygmus in abdomine sentit, ex quo vomitus, tensio dolorifica & febris oriebantur: nihil ævo auxilium deiecit, incaſum adhibitis catharticis, & enematibus. tensio tamen & dolor magis exinde increſcebant. Facies erat Hippocratica, cum extremorum frigiditate.

Perluſtratis Viſceribus, inteſtina lata ſeu craſſa plumbei coloris, ſemicorrupta, & unico in loco perforata. Inteſtina liquore foetido madebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Diarrhæa eſt frequens dejectio alvi, qua varii humores & excrementa

ta dejiuntur. Si accedat gravissimus & intollerabilis dolor, idque pejus est, inquit *Celsus*. Atque hoc ex diuturnitate istius fluxus factum. Originem sumit ex bilis penuria: hujus enim defectus, abundantis acidi causa existit; hinc chylus in sanguine acidus factus, etiam succum intestinale acidum reddit. Illud acidum leves convulsiones intestinis parit, quibus alvus liquida redditur. Ex motu quippe plus debito, omne deponitur, quicquid intestina continent.

Fluxus iste diuturnus propter acidissimum succum, intestina corrumperunt, unde eorum paralyfis, perterebratio & sphacelus. Non mirum eum nec sursum nec deorsum quicquam deiecisse. Ob paralyfin in colo excrementitii humores morabantur; ex mora, putredo; ex putrida & acri saburra vomendi conatus; ex eadem causa convulsiones intestinorum; ex convulsione dolor & tensio.

Ex sanguine, tanta aciditate, corrupto, nihil alimenti in substantiam corporis facessit: qua ratione macilentus & debilis factus, Hippocraticam faciem induit: quæ nihil

hil aliud est, quam cum quis habeat nares acutas, oculos concavos, tempora collapsa, auriculas frigidas & contractas, auriumque lobos inversos; quia cutim, circa frontem, duram, tum circumtentam & aridam, adeest color totius faciei pallidus, lividus, plumbeus aut niger.

Si æger ab initio acidum concentrantia solummodo sumpsisset, animam corpori iunctam servasset. huiusmodi Medicorum ignorantia Ars nostra turpiter dehonestatur. perpaucissimi inveniuntur veri Medici, ideoque jure ab Hippocrate vocantur *ισοθεοι*, deo æquales. huius ægri morbus nec clysteribus nec (ut *Plautus* dicit) ellebori jugere, sanari potuit ut in *Fragædiis* figuram quidem & habitum ac personam eorum quos referunt, habent, illi ipsi autem verè non sunt: sic & Medici fama quidem & nomine multi, re autem & opere valde pauci.

Ob-

XXIX. OBSERVATIO.

Renes purulenti.

Puella annos nata octodecim, à longo tempore reddidit urinam purulentam; aderat febris diuturna. & periiit.

Perlustratis visceribus, renes planè in totum purulenti erant, eorumque tunica pus concludebatur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Si quis sanguinem aut pus mejat, renum aut vesicæ exulcerationem significat. si renes obstruantur, aut inflammationem, & denique exulcerationem, aut calculum incurrunt. hic nulla calculi signa: sed solummodo purulenta per forium reddit. præcedit semper exulcerationem inflammatio: quæ à longo tempore renes consumpsit, & purulentos reddidit.

Ex mala sanguinis natura, orta febris,

febris, eaque diuturna, quæ purulentum quid è renibus sanguini continuo admixta fuit.

XXX. OBSERVATIO.

Alvus asticta lethalis.

Bajulus per quinque ferme hebdomadas, feces alvinas non deponens, quamvis catharticois supernæ & inferne præscriptis, irritatus, obiit.

A Fato sectus, intestina ei quorumvis ingestorum fæciminis adinstar, repleta.

Tecmaris in Medicina multi usus: haud semper novimus quæ intus latent. Curandi methodus fuit optima, ast si scivissent intestina aut spasmo aut paralyfi laborasse, vel nihil fecissent, vel alio modo medicinam applicassent. Ex spasmo aut Paralyfi, intestinorum Contenta non multum proritantur, exinde ab ingestis repleta, fæcimen repræsentant. Cathartica spasmus potius augment, quam diminuunt. si morbus mihi mandatus fuisset; procurassem ei balneum calidum, & lac

D

cum

74 STEPH. BLANCARDI
cum rore marino vel veneto saponi
coctum propinasset calidè.

XXXI. OBSERVATIO.

Post casum cranii elevatio.

Amstelodamensium nympha nuptias celebrando, saltu incaluit; cum per gradus aliquot descendere debuit, à reliqua pompa protrusa, cecidit capite in postem, adeo ut leve vulnusculum in vertice acceperit: & quia prima & secunda die nihil momenti videbatur, plane neglectum fuit. tertio die dolere incipiebat. Abrasis crinibus, vix cutis lesa. Quarto, caput grave, cum febricula. Quinto & sexto à casu die omnia exacerbata: delirabat; oculos cum facie inflammatus habebat; vitam finivit.

Post obitum fractura nulla sub cranio plurimum sanguinis effusa cum meningum inflammatione.

MORBI ÆTIOLOGIA

Sanguis intra calvariam effusus, nisi trepano eximatur, lethale. pri-
mo

mo Symptomata quidem sopita; postea vero putrescente sanguine, membranae corumpuntur, unde convulsiones leves, deliria, febris. ex casu quardam vascula sanguinea tantum rupta, eaque sanguinem effuderunt, facies & oculi rubicundi, idque ex Meningum inflammatione, & febre comitante: ex vicinia & omnium partium Comuni cohaesione id facile fieri potuit, adeo, ut videtur, explicatione opus non habebit.

XXXII. OBSERVATIO.

*Anatome cujusdam abscessu
infra sternum laborantis.*

Queritur puella de dolore ac tumore
ubi abdominis recti muscoli sterni
junguntur; imo ad oculum & tactum
intumescencia apparuit; digitis facile
cedebat.

Post mortem in hepate ulcus virosum & valde fetens inventum est. Peritonaeum ob Viciniam corruptum erat.

MORBI AETIOLOGIA.

D 2

In-

Inflammatiō Hepatis circa recto-
rum musculorum regionem appars
eos musculos elevavit, atque
sic decepti medici. Ars nostra in
plurimis conjecturalis dicenda, nam
quæ intus latent, conjectura sæpe
assequuntur, idque invita ratione.
laboravit ægra ex jecoris tumore,
qui postea maturatus, ipsum peri-
tonæum corripit; hinc illæ lachry-
mæ.

XXXIII. OBSERVATIO.

*Post Fracturam cranii, &
iram, mors.*

Adolescent sexagesimum annum ægens
ab alto cecidit, ad latus accepit
vulnus cum bregmatis Fractura. post
vulnus primo dilatum & fragmenta
extracta, symptomata remittebant,
sed elapsis quatuordecim diebus, val-
de, nescio quam ob causam, irasci-
tur, exinde febris & phrenitide cor-
reptus, paucos post dies obiit.

A Perto cranio, membranz
sanguine turgidæ & inflam-
mæ.

MOR-

MORBI-ÆTIOLOGIA.

Non tam ex vulnere, quam ab effuso sanguine obiit, præsertim post iram. Ira cerebri quasi convulsio est, qua vascula rupta majorem sanguinis copiam emiserunt. qui corrumpens, cerebri meninges inflammatione obducit. istis inflammationis, nec sanguis nec succi cerebri motu ἀνωμαλῶς incedunt, febris unde & delirium.

XXXXIV. OBSERVATIO.

*Spasmo corrupti post mortem
cadaveris inspectio.*

Ebrius per totam noctem humo decubens, spasmo seu opisthotono corripiebatur, adeo ut versus posteriora rigidus & incurvus permanseret. nihil deglutire potuit; vox, tanquam ex cryptis subterraneis, horribilis; visus erat torvus. post sevimissimos hujusmodi spasmos quarto die obiit.

Viscera thoracis & abdominis satis integra & sana. Cerebri ventriculi viscido & fixo humore,
D 3 coloris

coloris lutei, vitello ovi simili differenti erant. Vasa sanguinea meningem utramque perreptantia, sanguine turgebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Temulenti istius succi in sanguine existentes, à terræ frigore condensati sunt; procul dubio à vino non tantum, sed ab aere æstivo etiam incaluit. Novimus omnia corpora calore æstuantia, si repente infrigidantur, morbis corripì: hic spectat aphor 17. sect. v. *Frigidum convulsiones, tetanos, nigrores, & rigores febriles invehit.* Sic quoque Celsus ait: *Frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert; illud $\alpha\tau\alpha\sigma\mu\delta\varsigma$, hoc $\tau\acute{\epsilon}\tau\alpha\sigma\mu\delta\varsigma$ græcè nominatur* ita Magnus Alexander cum inalgidissimum flumen exiliisset; in vitæ periculum tractis fuit.

Succi illi si à currendo subsistant, particulis suis Heterogeneis nervosum genus pungunt, unde Spasmi & convulsiones. Opisthotonos, est tetanus, sive tensio musculorum cervicis versus posteriora. Supinus decubuit, unde & musculi posteriores prius tetano affecti. Ex convulsio-

bus

bus & spasmus œsophagi nihil deglutire quibat : ob eandem causam erat vox horribilis , oculi torvi &c.

Quod succi erant coagulati , liquet ex inspecto cerebro , quod humore foetenti , & decolore madebat : ab eo enim & cerebri membranæ & nervorum origo non parum lædebantur.

XXXV. OBSERVATIO.

Hydrocardia seu capitis dolor cum tussi & palpitatione.

Civis quidam quinquagenarius de dolore continuo capitis & circa scapula dextræ regionem queritur , imo de tussi ac palpitatione cordis , atque his aliquot mensibus vexatus fuit.

A Perto cadavere , hepar erat scirrhosum ; lien ex obstructione solito major. Pectus humore lymphatico plenum fuit : pulmonis dextra pars ferè absumpta & sinistra magnopere inflammata. Pericardium haud mediocriter dilatatum

D 4

tatum

tatum puris & saniosi sanguinis ultra quatuor libras continebat. Cor laxum non erat nisi superficie tenuis.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quid obstruções ex acido & viscidis humoribus faciunt, in superioribus plus semel dixi. Ex hepatis scirrho & lienis intumescencia, pulmonisque dextri consumptione, liquet, liquores per universum corpus circulari ductu libere vehi impotentes, in iis visceribus moram contraxerunt, ex mora corruptio, inflammatio, dolor, tussis, ceteraque symptomata. Prima humane sapientie laus est, valde similia posse distinguere. Quis Apollo Hydrocardiam divinasset. Est procul à nobis sæpe præsentia veri.

Post mortui cadaveris *exione* in pectus & pericardium, ex ruptis ab obstructione lymphaticis, lymphæ corrupta plenum. Æger, cum in vivis esset, de destillatione frigida ad latera colli in pectus quærebatur. Num ex cerebro, de cujus dolore molestabatur, per membranarum intercapedines, liquor ibi resistans in pulmones & pericardium descen-

descenderit, nec ne, dubium, cum
vix non patebant. Fortasse leves
nervorum convulsiones fuerunt.

Humores in pericardio collecti,
sua acrimonia ipsum cor affecerunt,
unde sæpe in palpitationem incidit.
Imo ob copiam collecti in pericardio
humoris, cordis latera adeo com-
pressa, sanguinem dimittere non po-
tuerunt, quod sæpe fit, cum sangui-
ni liber transitus per cordis thalamos
denegatur nunquam quis in palpi-
tationem incidit, nisi in corde vel cir-
ca ipsum, obstaculum sit: quod ex
inspectis cadaveribus semper mani-
festum est.

XXXVI. OBSERVATIO.

Sectio gibbosi & phthisici.

*Juvenis ab incurabilis gibbo cum asth-
mate laborans decimo quinto ætatis an-
no phthisicus perit.*

A Perto capite, crista galli, quæ
septi instar os ethmodis in duas
partes dividit, in latitudinem
& altitudinem ita aucta fuit, ut to-
P 5 INIM

tum os cribriforme obtegeret, ejusque foramina quasi obstrueret: imo post coctum cranium nulla cavitas in eo patuit. Ossicula porro maxillæ superioris, quæ canthum oculi majorem constituunt, ita excreverant, ut nasi septum fere attingerent. Ossa omnia præter consuetudinem tenera & prope instar creæ mullia erant. Dorsi vertebra sexta, septima, octava, nona & decima, quæ gibbum constituiebant, carie exesæ & in partes fractæ fuerunt, præsertim ab interna parte. Harum particula in ipsis pulmonibus à parte dorsi ulceratis, inveniabantur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Cui non latuisset causa morbi: inest sæpe & in incredibili verum, & in veri simili mendacium: ideoque medicina ipsis medicis nil nisi ratione utentibus conjecturalis est. Qui gibbi ex asthmate aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur, inquit *Cous Hippocrates*: à præpostero partu sæpe infantibus contingit Vertebrae luxari; unde, collabescente Thorace, pulmones comprimuntur, & respirandi actionem impediunt. Pro-

ve-

vestiori ætate, gibbo etiam accrescente, omnes membranæ, quibus pulmones vertebrarum regioni connectuntur, magis dilatantur, & vascula quædam interrepentia rumpuntur: ex quibus liquor stillat, qui reduci ineptus, ibidem stagnare cogitur, & corrumpendo vicinas partes, pulmones nempe & vertebrae, corrumpit. Perceptu igitur difficile non erit: juvenem illum pulmones exulceratos, vertebraeque cariosas habuisse; cum ob membranarum conclusionem pus in cavitatem thoracis dilabi non potuerit; ideoque circa vertebrae quasi in nido purulentum omne conclusum fuit. Atque sic mirum non est, frustula quædam vertebrarum in ipsis pulmonibus esse inventa, cum per se partim, partim à respirationis quasi tractu, in pulmones ceciderint.

Rogabit me quis, cur ante pubertatem, non moriebatur, secundum Hippocratis textum? Regeo, adolescentem hunc fortasse pubertatis notam externam quidem habuisse, est quoad coeundi potestatem (quæ propriè pubertatem facit) eum ad id opus ineptum fuisse, veri quidem simile est. Ejus impotentia, non

D 4

tan-

tantum ex morbi dispositione, sed ex ossium teneritudine & mollitie apparet.

Structuram cristæ Galli in osse ethmoidis monstruosam, nihil ad morbi genesis contribuisse, credo: nam per illud cribrum vasa sanguinea & nervi quidem excurrunt, sed per illud nihil humoris ex ventriculis cerebri in nares destillat; verum omnis humor per infundibulum ablegatur.

Quod autem spectat ad maxillæ superioris officula, narium cavitates respiratorias præcludentia: respirationi quidem impedimento fuerunt, at quia per os liber in pulmonibus aeri aditus patebat, nihil aut parum huic morbo ansam dedisse credibile est.

XXXVII. OBSERVATIO.

De scirrhotate totius abdominis, exulceratione & Hydrope.

Femina quædam ante obitum per duos menses continuo febre quadam afficitur; quæstæ est de gravi pondere, (quod libere pendebat, ut putabat) in abdomine. Urinæ ejectio non respondebat; alvus quoque dura; ac respiratio difficilis. Medici divinabant de mola in utero; alii vero de Hydrope & tumorem istum abdominis octo annos gessit.

Post mortem abdomen aperiebatur. Mesenterium ac pancreas immensæ molis erant; decem libris cum dimidia æquabant. Externè scirrhotæ videbantur, connexæ tantum erant cum lumborum vertebris posterius; antè vero cum peritonæo etiam plane scirrhotæ, adeo incrassatæ, ut cartilaginis speciem referebat: ab intestinis, quod mirum est, plane libera erant. Varia ulcera in mesenterio inven-

D. 7. nie-

niebantur, quorum singula singula-
 ri quasi pellicula continebantur;
 quædam pure plena, olei instar,
 alia mellis consistentia erant alia ve-
 ro adipis liquefacti vel pultis, al-
 buminis ovi aut lymphæ liquorem
 continebant: & ut brevi dicam quot
 ulcera tot materiæ diversitates,
 Aqua aliquot libræ effluant,
 jecur plane induratum, ac ulceribus
 plenum. Intra octo annos, quibus
 iste abdominis tumor sensim accref-
 cebat, se quod menstrua & cætera
 sanitati convenientiâ, bene habuit,
 exceptis postremis ante obitum men-
 sibus tum enim præ gravitate abdo-
 minis & febre continua decumbere
 cogeatur.

MORBI ÆTIOLÓGIA.

Omnes abdominis glandulæ athe-
 romate, meliceride, steatomate aut
 scirrho obsessæ fuerunt, præsertim
 pancreas & mesenterii glandulæ,
 atque pro varia glandularum ob-
 structione, fuit etiam materia ab
 invicem varia. Ob ingentem pan-
 creatis molem, rectum intestinum
 & vesica compressa, adeo ut, nihil
 stercoreis aut urinæ excerni posset.

Sic

Sic quoque, ob elevatum, à tumoribus & aqua, diaphragma, musculisque abdominis distentis, respirandi actus libere fieri non potuit, ideoque in difficilem incidit respirationem. Quod ante mortem febris laborabat, mirum non est, nam obstructis visceribus, sanguis tandem saburra ejusmodi inficitur, ita ut tandem inspissatus, incalcescat.

Ex ruptis in abdomine lymphaticis, aqua extillavit, unde Hydrops ascitis, sive venter aquosus.

Mirum videtur, pancreas & mesenterium intestinis, ut solet, non adhæsisse: Sed præ nimia ponderis gravitate, omnes membranæ, cæteraque viscerum retinacula à pancreate & mesenterio dirupta sunt, adeoque ut ipsa fatebatur viva, libere pendebant.

XXXVIII. OBSERVATIO.

*Vertiginosi, sæpè vomentis,
ac de dolore ventriculi qua-
rentis, dissectio ana-
tomica.*

*Anglus quidam in Galliam veniens,
crapula indulgebat. Postea vertiginē
corruptus, cibos revomit, ac de ven-
triculi dolore queritur: levi quoque
febricula laborabat, nonnunquam de-
lirans: sudavit ex se copiose, ac in-
ter sudandum interiit.*

Mortuo, inventum omentum
plane putridum, jecur scir-
rhosum: Ventriculi interior
facies circa pylorum quasi contusa:
nigro humore semiplenus erat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ex nimia vini ingurgitatione, &
cerebri & nervosi generis oritur in-
becillitas: ex imbecillitate nervo-
rum obstructions, et exinde ver-
tigines, vomitus &c. Sanguis, cæ-
terique in corpore succi ex nimia
acidi

acidi vini copia inspissati sunt, unde jecur scirrhum : ubi abundat acidum, ibi deficit bilis, & vice versa : efficiente igitur bile, in hepate obstructiones fieri necesse erat. Abundante acido, viscidibusque humoribus, ventriculus infestatur succis anomalis, quorum levi convulsione vertigines & vomitus : imo ab acidi corrosione latera ventriculi mollia & quasi contusa erant ; in superioribus ejusmodi ventriculum molle me descripsisse memini.

Ex imbecillitate & glandularum cutis obstructione, etiam tam copiose sudavit, præsertim præsentente febrili calore. Qui enim sudor facile per cutis glandulas circulari non potuit, poros subire coactus fuit. Sudor multus, frigidus calidusve ; frigidus majorem, calidus minorem morbum significat.

XXXIX. OBSERVATIO.

Respirandi difficultas.

Sexagenaria admodum pinguis & deses, à quindecim annis difficultate spirandi laboravit, quæ singulis diebus valde increbuit, idque potissimum cum gradus ascenderet. Postea ab aere austriano & pluvioso corysam, genæ item dextræ, glandularumque intus contentarum inflammationem passa est. Mandibule ita coarctabantur, ut agra non nisi potulenta quædam sorbitalaret. Ad tibiam sinistram sæpe Erysipelate affici solevit, quæ & quandoque exulcerabatur. Pulsus porro adeo erat inequalis, & intermittens. Et quamvis genæ tumor detumuerat, mandibule nihilominus confixæ manebant. Postea dexter oculus clausus apparuit, quod ex convulsione aut paralyfi factum; deinde Hemiplegia tacta, apoplectica interit. Toto morbi decursu, perseverante dyspnea rufis non adsuit, neque stertor, nisi duodecim horis ante obitum.

P. 2.

P Ræter splenem putridum, pulmones lividi, & lymphatico humore perfusi. Sinister pure multo & fætido refertus. Dexter cordis thalamus, intus non tantum excoriatus, sed & putridus & exulceratus, fibrisque carnosus, leviter tractando, in frusta secedentibus. Auricula dextra solito major, substantia carnosa, partim rubra, partim nigra, adinstar sanguinis concreti, quæ manibus ab invicem fricari non potuit, referta.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Sæpe asthmatici sunt cachectici et hydropici. Recentis ulceris sanatio difficillima est, inveterati omnino impossibilis, nam ob pulmonum continuum motum, eorum substantia vasculosa magis laceratur, quam sanatur. Sic ægra nostra longo tempore hac respirandi difficultate laborans, tandem cachectica facta est. Cachexia est succi vitiosi abundantia, qua ex ipso corporis habitu cognoscimus, hominem valetudinarium esse. Atque hinc multorum symptomatum fons & origo. Quia ei læsi pulmones sanati non sint, idoque

que spirandi difficultas singulis diebus increbuit. Porro cum ascensu respiratio retardatur, se exinde pessimè habuit. Cœlo quoque Aultrino ac pluvioso, ob aeris crassitiem, minor sanguinis in pulmonibus accessio erat, unde suffocari videbatur: aère enim sereno vividiores multo fumus quam nubuloso.

Ob motum salivæ in glandulis maxillaribus denegatum, maxillæ intumescencia, quæ non raro gravedine laborantibus accidit. Ex spasmo, & mandibularum coarctatio & palpebrarum oclusio: imo ex cordis convulsione pulsus inæqualis & intermittens. Denique unica medullæ spinalis parte obstructa, eodemque humore cerebro obsessio, primo in hemiplexiam, & deinde in apoplexiam incidit.

Tussis perseverante morbo non ad fuit: super hoc docet *Aphor.* 16. *Scit.* VII. à puris sputa tabes: quum vero sputum retentum fuerit, moriuntur. Ob virium imbecillitatem nempe & istarum partium paralyfin. Sed postea quidem rediit, ab humoris collecti copia, & paralyfi deficiente: quæ viribus in totum deficientibus, obiit.

Non

Non mirum, aperto cadavere, pulmones fuisse purulentos, & cor a fatente pure intus erosum & exulceratum. Exinde enim sanguis evasit crassus, dextrum thalamum pervadere nequibat, hinc auriculæ distensio. Ab erosione fungosa quædam excrevit substantia, ut sæpe in ulceribus fit: cum enim fibra læsæ non sistuntur medicamentis, immensum usque excrescunt, atque sic polypi generantur.

XL. OBSERVATIO.

Cordis apostema.

Quatuordecim annorum virgo, sæpius antea vomitu humoris viscerati, semel aut bis in die idque potissimum cum è lecto surgebat, aliquando cum cardialgia, afficiebatur. Dolor aderat in sinistræ scapula parte alteriori & brachii summitate, qua humero jungitur. Postea diarrhœa cum febre correpta est. Pulsus sæpe intermittens: dolore in læva parte fixè permanente, non poterat in illud latus decumbere, quin ilico cardialgia & tussis tam

eam invaserit. Tussis sicca non semper, sed per intervalla. Flatu aëris & aëris aliquando mittebat. Somnus ferè nullus; urina pallida & crassa. Et quamvis hæc aliquoties exacerbabantur, nonnunquam remittebantur, tussis cum respirandi difficultate permanebant. Tandem Hæmoptysi spumosa subito correpta, subita extincta est.

A Pertæ thoracis cavitatē, pulmones albidis costis utrinque & diaphragmati undique adherentes; Cor fuit coloris albicantis & mediæ fermè sui partē, quæ diaphragma respicit exesum, ulcerosum & putridum. in pericardio nullus latex.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Neque oculorum *ὀφθαλμία* neque mentis *τέταξις* Virginem hanc cordis abscessu laborare, divinasset. ita sæpe cludit ars magistrum. Ex omnibus Symptomatis liquit eam fuisse scorbuticam, hoc est, acido & viscidis humoribus abundantem, unde ex saburra ventriculi irritans

vomitibus, cardialgia, tussis, flatus, & Sexaginta alia, Vomitus concitatur, cum ventriculus ejusmodi materia acido viscida faburratus sit: propter tenacitatem facile per pylorum non expellitur: unde ob particulas acutas ei inhærentes ventriculus ad vomitum concitatur. Ita nervis ventriculi cum cordis nervis communionem habentibus, cardialgia paritur. Pituita ista seu pigri humores hoc statu permanere non potentes, tandem etiam ut in ventriculo, ita in intestinis motus convulsivos concitarunt: unde diarrhæa seu alvi fluxus, qui non aliunde venit quam ab aucto motu peristaltico. Lenti humores sæpè alcalicis particulis & acidis abundantibus, si libi morentur, effervescentiam ineunt, eosque humores in bullas elevant, quibus ruptis, flatus excitatur.

Obstructis & irritatis pulmonibus tussis & respirandi difficultas: ruptisque vasis sanguis cruentus. Nervis cardiacis cum nervis plexus inferioris paris vagi, imo cum cervicalibus ac intercostalibus communem nexum habentibus, dolorem in scapulæ parte perſentiscit. Cor-
dis

dis ulcus ob cardialgiam cæteraque
symptomata non animadvertit.
Quis (proh superi, quantum mor-
talia pectora cæcæ noctis habent?)
de cordis ulcere ex his symptoma-
tis somniasset; nam quoad morbi
ἀντολογία non patebat.

XLI. OBSERVATIO.

*Longe post casum ab alio Symp-
tomata quibus mors insegue-
batur, ejusque cadaveris
anatomie.*

Pauperis alicujus filius, annorum
undecim fere natus ab alto cecidit
in pavimentum ligneum. Vomitus,
sanguisque per nares & aures efflue-
bat, alias se bene habebat. Dolebat
quidem continuo caput, sed nulla
contusio aut vulnus, nec febris, ut
solet, apparebant. Signis omnibus
se benignè habentibus, morbus neg-
nectus est. Mensibus quinque aut sex
fere elapsis, colli vertebrae relaxan-
tur, adeo ut caput erectum tenere aut
erigere non potuerit. Relaxantibus
interim dorsi ligamentis in cyphosin
& morbum astigmaticum incidit. Fe-
muit

mur dextrum vix movebat : Arterio-
mata sub claviculis ab utroque ster-
ni latere invadentibus. Symptoma-
tis exacerbantibus, loquela deficie-
bat. Interim, Medicus vocatus col-
lum in integrum & loquelam pro par-
te restituit. Sed postea intra jugu-
lares venas & Tracheam, prope au-
rem sinistram tumor primo & deinde
abscessus factus est : Cum aperi-
ebatur, primis tribus diebus ultra sex
libras puris effundit, idque cum le-
vamine cephalalgia : sed vires quoti-
die magis, magisque absumebantur.
Postea alius abscessus ortus est, qui
pus à colli parte interna in pulmones
& oesophagum effundebat, hinc vo-
mitus, nausea, & tussis cum respi-
randi difficultate. Quamvis ulcus
colli se bene haberet, periit nihilo-
minus convulsivus.

A Bdomine inciso, Hepar scir-
rhosum & folliculus fellis
prægrandis.

Pulmo visciditatibus scatebat.
Arteria magna corde egrediens non
tantum petrosa, sed ei tuberula cal-
culosa nucis moschatae magnitudine
accreta erant. Ejusque rami fursum
ascendentes iisdem calculis rigidi
fuerant.

fuerant. Ipsaque trachea eadem materia gypsea obfessa fuit.

Tumoribus circa claviculas incisis, meri puris copia haud exigua, pultis instar, extrahebatur; non sine costarum ac sterni carie.

In occipite similis substantia lapidea inventa est, eaque membrana intra crassam & tenuem meningem inclusa: & quantum videbatur in crassæ meningis duplicatura, nam ei tam firmiter adhæruit, ut non nisi vi avulsa fuit. In cerebri cavitatibus lymphæ pellucidæ ultra duas libras inventum est.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ob Vasorum sanguiferorum in naribus & cerebro à lapsu rupturam, facile percipitur, quomodo sanguis per easdem vias sese exoneraverit. a cerebro concussio, succorumque cerebralium motu *avulsio*, orta nervorum, versus ventriculum, tendentium Convulsio, quæ *Vomitus* appellatur: is sæpe vulneribus capitis internis supervenit. Postea solum caput dolebat, quietis cæteris symptomatis: & hanc ob causam morbus neglectui habitus, Sed unde

unde dolor. Ab effusa scilicet materia, cum exitum nullum inveniebat, corrupta, meninges ladebantur, unde dolor perennans. Corruptum illud per occipitis foramen subsidens, non tantum nervorum par decimum, cervicis musculorum motorium, compressit, ne spiritus nervosi justo modo ad musculos irradiare possint, sed & ipsa medulla spinalis intra colli vertebrae contenta, adeo gravata & compressa fuit ut paralyti relaxari debuerit: atque tandem subsidente in dorsum usque materia, etiam dorsi vertebrae corruptae & relaxatae sunt, unde *Cyphosis*, sive spinæ dorsalis versus posteriora incurvatio. Sic quoque ad ossis sacri regionem lumborumque vertebrae descendens femoris nervi compressi, adeo ut paralytis etiam insequeretur. à *Cyphosi* asthmaticus factus, quia pulmones se liberè, ut solebant, movere non poterant. à Materia in capite aucta etiam nonum nervorum par, quod linguae motui inservit, pressum, mutus evasit. Erupit tandem materia peccans extra meninges vertebrarum cavitates investientes, unde intra jugulares venas &

asperam arteriam & prope aurem
sinistram tumor & abscessus, cujus
apertura caput doloribus levatum :
ex respirationis debilitate vires pro-
strati pus etiam descendens pulmo-
nes oesophagumque obruebat, &
mordacitate sua & tussim & vomitum
& nauseam cum respirandi
difficultate excitavit. Viribus prorsus
deperditis ob summam succorum
acrimoniam etiam convulsivus.

Ob humorum summam acridi-
nem, sanguis corruptus & inspissatus,
Hepatis machinam permeare
impotens, eam obstructionibus
imperviam fecit & scirrhostatibus
obsessit : ita eandem ob causam folliculus
bilarius bile petrosus particulis
inspissata turgebat. Sic & pulmones
materia purulenta obruta, vesiculae
respiratoriae obstruebantur. Trachea
& arteria magna corde egrediens,
a succis acris & salinis ita convellebantur,
ut post factam obstructionem, in paraly-
sim non tantum inciderint, sed materia
obstruens ibi concreta est, & indies
sensim sensimque aggesta tandem
tophos produxit. Tumores, e clavicu-
larum regione, a pure deorsum per muscu-
lorum membra-

nas ruente, nati, mordacitate sua costas & sternum carie infecerunt. Aperto cranio ex particularum salinarum intra meninges mora, calculi concreti sunt. Sic quoque multum lymphæ, inter meningum per verbrarum foramina exeuntium vaginam, continuo depluentis, inventum: unde omnium in hoc ægro malorum fons, & origo.

XLII. OBSERVATIO.

Acicula in urethra inventa.

Quidam de dolore acuto è Hypogastrii regione cum tumore, inflammatione, pulsatione ac febre quæritur: in abscessum mutatur tumor, multumque puris fetidi per aliquot menses effundebat. Imo aliquot Hebdomadis ante obitum una cum pure urina excreta est.

D Illeto cadavere, omentum gangrænatum. Intestina sana; ren quoque dexter satis integer, verum ipius urether ulceratus & pure repletus: paulo inferius aciculam

E 3

culam

102 STEPH. BLANCARDI
culam, materia tartarea cinctam,
infixam habuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Curiosissimus Corn. Stalpart Van
der Wiel. In observationibus suis
selectis, *obs.* XVIII. *Part Sec.* De
globulo plumbeo deglutito narrat
per urinam excreto: ast hic loci
aciculam proponimus quid de glo-
bulo dicendum. *ἐπίγρ.* Acicu-
la hæc deglutita alibi in intestinis
hæsit, eaque perterebravit, unde
inflammatio, et quæ eandem solent
concomitari: tandem in abdomi-
nis cavitatem elapsa, ipsum ure-
therem perfodere debuit: in eoque
moram trahens, ærugine, materia-
que tartarea ab urinæ particulis sa-
linis ei adherentibus, facile obdu-
cta est.

XLIII. O

XLIII. OBSERVATIO.

*Renum & vesicæ ulcus cum
vesicæ calculo.*

*Adolescens undevigesimum annum natus
à longo tempore de vehementi dolore
circa renis sinistri & vesicæ regionem
cum vomitu assiduo & dolorifica uri-
næ excretionè quæstus, moritur.*

A Bdomine aperto ingens fetor
aparuit. Exterius in superio-
re vesicæ parte insolitus sinus
pugnum adæquans, fuit : in cuius
membranis pus conclusum ren sinis-
ter plane exulceratus purulentum il-
lud in vesicæ sinum deposuisse vide-
batur. In ipsa vesica pro urina
calculus rotundus, & nimis asper
sesquiunciam pendens. Interior tu-
nica exulcerata.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab obstructionibus in renibus,
aut vesicæ membranis, inflamma-
tio : ab inflammatione ulcus unde
& dolor. Vomitus ei obortus est,
quia nervi intercostales cum reni-
bus

bus & vesica magnam connexionem habent, adeo ut si nervi renales convellantur, etiam & ventriculi. Vesicæ textura ex duabus tunicis tendinosæ seu membranosis constat: intra cujus duplicaturam binæ fibrarum musculosarum series inveniuntur: quibus inflammatis pus facile intra tendinosas tunicas effundi potuit, unde sacculus purulentus. Calculus an in vesica, an vero in rene cretus sit, dubitandum: credo tamen eum à rene primo descendisse, & in vesica augmentum sumpsisse qui & vesicam forte nimis irritans ad inflammandam adegit.

XLIV. OBSERVATIO.

Ex vehementi illisu, abdominis lethalitas.

Cervus venatorem ex improvise impetens, primo se post arborem densioris trunci recipit; cervus azilior eum à tergo cornibus petens; primo arbori impetuosè abdomine tenus illisit, mox cornibus sublatum, per aliquot spatium deportavit, et in terram projecit. Nullum adeo externe noxæ indi-

indecium, nisi quod sinistra narium apice cornu ceruini ad mediocrius pollicis profunditatem adacto, vulnerata esset. Vulnere deligato, emplastrum supra totum abdomen, quod insigniter & maxime circa umbilici confinia, dolere continuis ejulatibus, pronuntiabat, applicatum est, adhibitis simul internis quæ resolvendo sanguini essent, eumque rescirent: sæpe enim animo linquebatur, sudore faciem largiter irrorante. paucis ab hinc horis, dum media nocte deliquia increbescerent, vita hominem reliquit.

PRæter memoratum vulnus extrinsecus nihil culpabile apparebat, nisi quod dorsum solummodo, quæ os sacrum vergit ad scrotum usque, & aliquam pubis partem, extravasatus & intra cutem coagulatus sanguis, diverso solitoque livore tinxerat.

Perfecto peritonæo, ilico inde liquor sanguineus quam altissimè profliebat, quæ & totum abdominis cavum implebat. Ileum & colon quippe foraminibus rotundis, & mesenterium proxime ad rectum fissura perforata, maculisque lividis & semicorruptis fuerunt.

E 5

MOR-

MORBI ÆTIOLOGIA.

Infelix hic post tanta bruti animalis tormenta & externè & internè vulneratus: exterior quidem plaga nullius momenti, sed eo deterior interna. Post cursum fortè intestina inflata, à vehementi illusione in arborem rupta, qua sanguis in abdominis cavitatem effusus, crebra concitavit deliquia. Extravasatus enim sanguis venas ingredi impotens, versus cordis regionem duci haud potuit: hinc causa inordinata circulationis petenda est: nam ex sanguinis penuria, cor sufficientem cruoris quantitatem caput versus emittere impotens, nulli spiritus cerebrales iterum versus cor, aliasque partes depluebant: atque propter hanc Eclipsin, totum corpus deficiebat: lymphæ quoque, incaute effusa per ordinarias vias revertere non potuit: ob leves convulsiones, hinc extra cutim in sudorem frigidum emanavit: quippe in lipothymia non tantum cor sed & cerebrum, omnesque totius corporis partes convulsiones patiuntur. Postea omnibus ferè sanguinis rivis in abdominis cavitatem exhaustis, animam

nam Deo consecravit: Vita enim,
deficiente circulatione, pereunare
non potest, ideoque ejus defectus
corpus collabascere & mori curat.

XLV. OBSERVATIO.

Renes petrefacti.

Matrona maximis doloribus nephriticis
per plures annos tortâ, spissam cre-
bro mixxit urinam, ut in ipsa emi-
sione & stillicidio quasi in fila diduci
potuerit; ingruentibus interdum rigo-
ribus in nephriticis consuetis, lumbos
fere nudos fornaci admove, ut se cale-
faceret, vix tamen calorem sensit, li-
cet cutim ipsam fornacis flamma lade-
ret. Tandem rigidis dolorum atroci-
tatibus vexata, succubuit.

Perfecto abdomine, inventi fue-
re ambo renes obriguiffe in alaba-
strinam duritiem & soliditatem.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Qui semel in nephriticum morbum
incidunt, raro liberantur, & fere
per

per totam vitam ab eodem torquentur; nisi fabulum in renibus concretum optimis medicamentis, & potu coffeæ aut theæ elutrietur: sæpe tunc morbum superavi, at in calculum si concreverit, fixamque sedem in renibus habuerit, aut ob nimiam magnitudinem uretheres pertransire nesciens nunquam vici medicamentis malum.

In Matrona hæc renes obriguere, quia plurimæ arenulæ in unam molem compactæ sint: omnes enim calculi hoc modo crescunt; cum exempli gratia, duæ superficies politæ se invicem immediatè tangant mutuo, ita (ab externis globulis æreis pressæ) firmiter coherant, ut vel vi ab invicem diduci nequeant: quemadmodum id in duabus corporum superficiebus fit, ita & in centum myriadibus, quæ omnes primo arenulam, & sic deinceps calculum constituent. Sæpe colore & duritie calculi variant: quippe particule politæ calculum constituentes non semper sunt permixtæ cum aliis particulis, imo ejusdem figuræ, magnitudinis, aut superficiei non sunt; adeo ut pro varia particularum diversitate, varii lapides & calculi in renibus, vesica, aliisque in corpore partibus cendantur.

Quæ.

Quæritur de frigore lumborum maximo. Forte quia calculi hi præ gravitate membranas renes investientes valde depressit, illasque paralyti tetigit: accedit etiam quod succi ibidem allati & subsistentes etiam frigus contraxerunt, quare & spissiores & viscidiores, per meatum urinarium emissi sunt. Lumbi fornicati calidæ admoti vix calorem sentiebant, quod etiam paralyticis fit, qui inter frigus & calorem vix sensibilem differentiam advertunt.

XLVI. OBSERVATIO.

Hæmoptoici anatome.

Undequinquaginta annos natus vir, non dicitur, melancholicus, & Hypochondriacus: per aliquot annos de dolore sinistri Hypochondrii vexatus, incidit, post prægressam fluxus Hæmorrhoidalis suppressionem in sanguinis sputum, singulis tribus mensibus repetens. At tertio rediens animam evomuit cum sanguine.

Lien non tantum magnus, sed & lividus & flaccidus. Vasa mesenterii & omenti atro sanguine turtur-

turgebant, & varicosa videbantur. Ren sinister solito flaccidior & magnitudinis inferior dextro: dexter vero in parte superiore extrorsum vesiculam ad magnitudinem pilæ luforiæ, latice subflavescente turgidam habuit.

Pulmones sanguine nigro referti, ac inflati.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quorum cruor aciditatibus abundat, inspissato sanguine gaudent; non quod sanguis ad saporem usque acidus sit, sed ejus particule salinæ volatiles, instar salis armoniaci, sint, quod in officinis vulgò venditur: illud quippe constat quidem ex particulis volatilibus, verum ab acidis particulis ita domatum, ut vix sui juris sit, nisi addantur aliæ quædam particule planè alcalicæ, tunc acidum domatur, & quod volatile erat, jus pristinum, in statu volatilitatis existens, possidet.

Ad eandem planè normam res se habet in ægro nostro, cujus sanguis ita est inspissatus, ut inde obstructions patiatur. Revera quantum acida nocent, norunt illi, qui acetariis quotidie

tidie vefcuntur, vel in morbis vagis, vel chronicis, cum adoleverint, incidunt; nifi exercitiis inutile acidum (ruffioi enim, præfertim in Frifia, ferofolacte, nec non fero acido multa copia uruntur) per diaphorefeos vias evaporare cogant: Verum defides ac studiis continuis dediti, nullo exercitio corpus fuum & fanguinem commoventes, non multum transpirant, acidumque in fanguine fervant, & hinc, proh dolor! ille lacrymæ.

Sanguis ita inſpiſſatus & in liene à particulis tenuibus (lien enim multum lymphæ à fanguine ſegregat, inque chyli cifternam ablegat) liberatus, magis denſatur, adeo ut ipſe lien obſtruatur, hinc Hypochondriaca paſſio, ſive lienis intumeſcentia. Ob eandem cauſam ſanguis per arterias Hæmorrhoidales in venas ejuſdem nominis tranſire impotens, partes ani diſtendit, & aneurifmata concitat, quibus ruptis, ſanguis effluens fluxus Hæmorrhoidalis dicitur. Sæpe tamen varices eodemque in loco concitantur, ſed hoc plerumque fit, à prægreſſa alvi conſtipatione, qua ſanguinis regreſſus impeditur, ita ut venæ magnopere diſtendantur, tandemque rumpantur.

Incipit

Incidit quoque æger noster in *spu-
tum cruentum*, seu *Hæmoptysin*: Non
mirum, quoniam, sanguis etiam per
pulmonum vascula sanguinea liberum
transitum non habens, & ab adve-
niente, per arteriam pulmonalem,
sanguine propulsus, tenera vascula
ita dilatavit, ut tandem ruperint,
unde sanguinis extravasatio & per
Tracheæ ductus excretio.

XLVII. OBSERVATIO.

Calculus vesiculæ Felleæ.

*Podalirii Filius sexagesimum & quin-
tum annum agens, ab aliquot annis
de atrocissimo dolore ischiatico tortus,
Asthmate & Orthopnæa defatigatus,
sætericus factus, tandem fatiis cessit.*

EXenteratis interaneis, duo tu-
bercula in pulmonibus. Septua-
ginta cum duobus calculi flavi
fabarum minorum ac pisorum magni-
tudinem adæquantes in folliculo fel-
lis & ductibus cholidochis, in-
venti.

MOR.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Medice (in proverbio est) *cura te ipsum*. Multi quidem nomine , re pauci. Quis unquam tam exactam totius Medicinæ ideam tradidit , quam pauci inter nos ; revera si indolem sanguinis omniumque in corpore succorum rationis lance librasset hoc malo non periisset. Acidum in ipsius corpore abundare , ex ictero & ischiatici doloris tortura liquet : eodem infectus liquor nervosus , pulmonibus convulsiones induxit , unde asthma , & respirandi difficultas. Quid aliud *icterus* indicat , quam facilis volatilis penuria , quod ab acidis particulis domatum , toti corpori obstructions parit. Glandulosis Hepatis acinis obstructis , bilis nimis viscida non separatur ; & quicquid adhuc segregatum sit , ob copiam facilis fixati in lapillos crystallizatum est : hinc varii in folliculo felle lapilli inventi sunt. Icterus nihil aliud est quam fixatio particularum bilem constituentium , unde in Hepate obstructio : post obstructionem , quicquid alias sequestrari debuit , in sanguine remanet.

remanet, totamque cutim aureo colore tingit.

XLVIII. OBSERVATIO.

Hydrocephali dissectio.

*Infans unius anni, post natiuitatem
Hydrocephalus factus, obiit.*

D Issectum caput tres libras, romani ponderis, limpidæ & subfalsæ, cerebrum vero valde depressum & flaccidum continebat.

MORBI ÆTIOLOGIA

à Nimia cunarum commotione, cerebrum sæpè ita concutitur, donec vascula cerebri tenella rampant: Cranium interim per futuras, necdum ut in adultis, firmiter concretum, ab effluente latice facile immensum usque dilatatur, & ad Hydrocephali genesin ansam præbet.

XLIX. OB-

XLIX. OBSERVATIO.

Hernia intestinalis curata post mortem dissectio.

Cantor quidam quadragenarius, Sæpius cantando in Herniam intestinalem incidit, non absque dolore, præsertim inter cantandum. Chirurgus adatus, se à cantilenis abstinere iussit, & brachium inguinibus accommodare, quod sex annis gessit; interea temporis se curatum confessus. Post illud tempus, sex mensibus elapsis, à pleuritide tollitur.

APERTO cadavere, invenit idem chirurgus, multum adipis in eo loco, ubi peritonæum fuerat dilatatum, per quod intestina deorsum præmebantur, ad magnitudinem pilæ. Adeps istius dilatationis erat accretus, ut nisi laceratione circumjacentium partium divelli quiverit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Omnia ea quæ peritonæum nimis intui-

intumescere cogunt, ad Herniam procurandam ansum præbent. Hernia nihil aliud sonat quam dilatio peritonæi, idque quovis in loco. Bracherio postea ita constrictum est, ut dilatatum concreverit: vascula tamen adiposa ob summam dilationem tantum adipis quantitatem in se collegerunt, ut locum antea dilatatum repleverint.

L. OBSERVATIO.

Dyspnæicus dissectus.

Filiolus quinque annorum, malè educatus, dyspnæa sæpe laborat, præsertim si corpus nimium moveat. postea cum se ludendo plurimum incaluisse, in tussim & spirandi difficultatem incidit: hæc febris & sitis cum diarrhæa, quæ flava, alba & subviridia exsernebat, adjuungebatur. Interim lipothymia, quæ brevi cessabat, corripiebatur. Postea pulsus languidus & frequens. Venterensus & dolens fuit, & terris excessit.

Abdo

A Bdomine inspecto, cystis fellea solito grandior & humore nigricante turgens. Sinister pulmo tam firmiter diaphragmati concreverat, ut difficulter separari potuerit. Sinistra cordis auricula debito amplior, cui inhærebat materia crassa, compacta, & instar lardi cocti alba.

MORBI ETIOLOGIA.

Ob pravam educationem multum sæpe acidi & visciidi humoris in tenuellulorum sanguine colligitur: cum igitur ob illam causam sanguis pulmonum vesicularem substantiam percurrere nequibat, obstructions factæ sunt, unde *Dyspnæa* sive Respirandi difficultas cum vero ipsius corpus post nimium à lusu exercitium incaluisset, sanguis celerrimo motu instigatus, & obstructions præterire impotens factus, aucta fuit respirandi difficultas non tantum, sed, vesiculis quibusdam nimis distentis aut ruptis, sanguis aut alii humores extra receptacula stillavere; quibus acorem contractis, tussis excitata est.

Sanguine ab obstructione moram
con^a

contrahente, acidum & alcali occasionem acceperunt, ut sibi mutuo appropinquarent, ex quibus invicem commixtis effervescencia cum calore oritur; atque ista incallescencia febris dicitur.

Porro ex nimia acidi in sanguine quantitate, chylus recens advectus coagulatur, & serum à caseo secedit; caseus sanguini admiscetur, serum vero per intestinorum glandulas destillat, cujus acore intestina, & folliculus fellis magis, quam solet, convelluntur & facibus depoenendis, irritantur à convulsionibus cordis aliarumque partium, ac ab incrassato sanguine, circulatio rite peragi non potuit, cujus exlepsi lipothymia orta est.

Bilis defectus deducitur ex humore atro vesiculæ fellis infarcto, imo ab excretis viridibus; nihil enim bili magis inimicum quam acida, quibus bilis constipatur. Erat sinistra cordis auricula debito amplior, idque ob inhærentem materiam: sanguis enim ex pulmonibus auriculæ advectus, & auriculam permeare impotens, ipsa magis extendere & expandere necesse habuit. crediderim facile materiam hanc auriculæ

cula infixam, caseum ex chylo fuisse concretum: omnis enim chylus sanguini infunditur, & si alibi acidum moretur, facile coagulationem patitur.

LI. OBSERVATIO.

Anatome ictus à baculo.

Quidam ictus à baculo, in occipite, foris vix latus, incidit ilico in febrim, ac graves convulsiones. Trepano cranium perforatum; multum sanguinis extractum est, sexto tamen die obiit.

Aperta calvaria foris illæsa, intus vero varias fissuras habuit. Porro in plagæ vicinia meninx livida & flaccida, variisque in locis nigro sanguine spurcata. Cerebellum autem ex sphacelo livefcens. Circa cerebri basin, variisque item in locis multum sanguinis concreti effusum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quibus cerebrum syderatum seu sphacellatum est, intra tres dies intereunt.

reunt : si vero hos superaverint , fa-
ni fiunt. Ita in nostro ægro ; à vascu-
lis ruptis multum sanguinis , qui
alias partes permeare debuit, effluxit,
exinde, istæ partes ab hoc balsamico
liquore frustratæ , periere, hoc est
in sphacelum inciderunt. Imo san-
guis intra ἐνέφαλον extravasatus,
vicinas partes ita compressit ut tubu-
li succum cerebralem ulterius ad
nervos protrudere nequiverunt ;
quibus hoc modo obstructis, cor-
ruptio invasit. Sanguis item con-
cretus ex mora corruptus , non pa-
rum Sphacelo ansam præbuit.

LII. OBSERVATIO.

*Asthma , peripneumonia &
cordis palpitatio.*

Vidua sæpe Hysterica noctu surgens à fe-
nestra jacuit , inde respiratio difficilis
ad instar asthmatis , cum tussi , He-
moptysi , febris ac facie rubicunda. In
medio pectoris grave pondus cum arde-
re interno , & punturis in variis tho-
racis locis. Tertio die dolorem circa
claviculam dextram sentit. Hisce
aderat magna cordis palpitatio , qua
etiam

etiam in Hypochondrio dextro tum in eodem latere per aliquot horas percipiebatur. Sed e regione cordis perseverabat, idque ictibus vehementibus; hac convalescit. Sed aliquot dies post in sedili sedens repente in pavementum concidit exanimis.

D Illeto cadavere, mediastinum lymphæ cruentæ plenum inventum est. Pulmones toti purulenti & fæti. Ovarium sinistrum, ovum columbinum facile æquabat, lividum, sphacelatum & intus spongiosum. Intus globulus nuclei magnitudine, grumo sanguinis similis, concludebatur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Calida fortè surrecta, refrigerii gratia fenestram aperuit, ut aura nimirum vesceretur frigida; unde constipato sanguine, ac diaphoresi impedita, pulmones ab eodem obstructi, ita ut libera respiratio ei denegata fuit. Ab obstructione putredo, pus, febris similiaque symptomata, quæ superius in aliis subjectis plus semel explicuimus. Sanguis coagulatus cordis ventriculos ob-

F struens,

struens, eosque liberè pervadere impotens, latera cordis ampliavit, ac ob majorem motum Palpitationem induxit. Hisce tamen nonnihil quietis, quasi recumvalescebat; postea vero levi occasione vel sponte sua, vascula pulmonum rupta, pus effluxit respirandique actionem impedivit.

Quoad ovarium ad ovi columbini magnitudinem auctum, forte à prævia obstructione & inflammatione ortum habuit & passioni hystericae an- sam præbuit: est enim malum cum præcedenti nihil commune habens. Globulus iste, qui intus erat conclusus, ovum procul omni dubio fuit ab inflammatione auctum, ut in iis, quæ rabie uterina, ut vocant, laborant, observavi. Illud ovum quoque sphacelatum fuisse & corruptum est similitudine, quam cum sanguinis grumo habet, aperte liquet.

LIII. OBSERVATIO.

*Vulneris Frontis & capitis
post obitum apertio*

Senex rhedarius equo sternaci insidens,
in plateam silicibus stratam excurritur.
Laditur vulnere frons. Mox vomit-
us, & cruenta nares insequantur.
Vulnus vix cutim perforabat. Obli-
gato vulnere, die sequenti, omnia
pejus habuerunt. Febris cum lethar-
go alto incipiebat. Vulnus chirurgica
manu delatatum, nihil mali indica-
bat, cum os denudatum integrum erat.
paucis horis post, vitam cum morte
mutavit, præeuntibus pluribus con-
vulsionibus.

Parca enim nec formæ, nec
opibus, nec ætati, imo nec im-
periis parcunt.

Post obitum ferrâ cranio aperro
in opposita parte, nempe in occipi-
te Rima seu *contrassura* inventa est.
Meninges & sanguine & sanie con-
spurate erant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

F 2

Pro-

Propter plagam in capite acceptam stupor aut Lethargus, aut desipientia, malum. Ino, quibus divisum est cerebrum, his febrem & biliosum vomitum supervenire necesse est. Ita quoque in sene nostro, postquam ex jactu plagam acceperit, statim vomitus subsequabatur: quæ concusso cerebro, spiritibusque deficientibus, convulsio, præsertim paræ vagi, orta fuit, atque sic ventriculi cum cerebro societas; aut non ventriculi tantum, sed ob connexionem cum Duodeno, cui ductus biliaris inferitur, quoque & bilis elutriari debet, perque vomitum ejici.

Deficientibus igitur spiritibus, sanguis quodammodo stagnare cogitur, unde, ut antea sæpe dixi, febris. Et à concusso cerebro lethargus, partim propter sanguinem extravasatum, partim ob disruptas cerebri fibras.

Sed *Contraffissura* unde? nisi quod illusione in frontem aer internus ita concussus & adactus sit, ut aer cerebrum pervadens, nullibique exitum habens, vi per oppositam partem eruperit: occipitisque fissuram concitavit. Eodem fere modo fit cum

ma-

malum aut pila coreacea in pavimentum illidatur, non semper læditur ea parte qua pavimentum attigerit, sed sæpe opposito. Nec dicendum cranium ita esse durum, ut vix ea accidere possint; sed considerandum est, aliud esse cranium arefactum, aliud vivum.

LIV. OBSERVATIO.

Cadaver vermibus scatens.

Puer octo circiter annos natus, à longo tempore erosione gingivarum correptus, post usum aliquot remediorum, decessit.

Dissecto abdomine, vermibus non tantum scatebant intestina, sed aliquibus in locis ea perterebraverant, adeo ut abdominis cavitatem replerent.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Maxima Philosophorum cohors docuerunt, ex putredine animalia quædam posse produci: imo ex defosso

fossio anatis corpore bufones nasci, asserit *Ath. Kircherus*. Quantum ad meas observationes, quas à juvenute super insectis annotare potui, nunquam ex putredine, verum ex ovis proceari animalcula observavi. Fateor quidem inter corrupta vermiculos conspici; sed unde vermiculi, nisi à muscarum ovis, supra materiam corruptam enixis. Experimento verissimo mihi constat, si materia quadam putrefactioni exponatur, in vase, tenuissima sindone, (ut liber esset aeris aditus & reditus) clauso, nullum animalculum in ea generabitur. Sic aqua calida pipere admixta producit quidem vermiculos, si vas continens fuerit apertum, clausum vero ne unum mihi produxit; adeo ut certum sit nihil, nisi ex ovo generari. Latius hæc probare hic inutile esset, quia de insectis tractatum quendam in pluteo reservo, donec, occasione data, hunc luci exponam.

Sed redeamus ad vermiculos nostri pueri; & inquiremus quomodo in corpore humano originem sumant. Hoc præsupponendum est nos sæpe & potum & cibum sumere, in quibus jam illi vermiculi vel sint geniti,

vel ova contineant, quæ muscæ aliæve animalcula supra Herbas, fructus, carnes, pisces &c. deposuerint: ova illa vel vermiculi, non statim in corpore nostro moriuntur, sed immensum usque sæpe incrementum sumunt, præsertim si multum visci humoris intestina contineant: cibus enim adest copiosus, & calor non paucus cum sufficiente aeris quantitate: adeo ut credendum sit, vermes illos aliam originem non habere, quam à semine externo per os ingesto. Illi enim qui bile abundant, quæ vermiculis pharmacum est, paucum pituitæ habent: in iis, dico, cibi in intestinis non diu morantur; imo & ova & vermiculi à bile amara necantur: unde liquet omnia amara, ut aloës, semen Santonici, tanacerum, colocynthis &c. esse Anthelmintica.

Porro æger noster fuit scorbuticus, & hinc ob salivam corrosivam gingivæ putrescebant, quod scorbuticis commune est.

F 4

LV. O B

LV. OBSERVATIO.

Hysterica anatome.

Mulier quædam hystericis passionibus obnoxia, tandem moritur.

Mesenterium plurimis glandulis scirrhosis, durissimis & varix magnitudinis & figuræ obpressum: vix ob duritiem discindi poterant. Uterus & ovaria cum Tubis, recenti quali coagulato lacte turgabant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ex obstructis Mesenterii glandulis, sæpè convulsio orta, præsertim quando cibo vel potu corpus repleatur, tunc enim magis istæ glandulæ distenduntur, unde membranarum ruptura, distensio & dolor. Quod suo tempore bene observavit Hippocrates, cum dicit Convulsionem vel à repletionem fieri vel ab inanitione. hic etiam à distensione membranarum nimia, succi non tantum acres fiunt, convelluntque; sed ipsæ membranarum fibræ franguntur, unde

con-

convulso. Sic etiam ab inanitione, hoc est ab Eclipsi succi cerebialis seu nervosi, etiam convulsiones oriuntur.

Porro convulsiones istæ in abdomine, ob communionem cum aliis visceribus, idque mediantibus nervis paris vagi & intercostalis *Hystericam* (ut dicitur, quamvis uterus sit incalpatas) *passionem* intulerunt.

Ægra hæc itas in Mesenterio obstructions nunquam passa fuisset, si & viscidis humoribus se non divitem fecisset. Atque hoc acidum abundare testantur succi in ovariis, Tubisque Fallopiæ ac uteri cavitatem cogulatis. Omne acidum, omne salum ac omne viscidum succis nostri corporis inimicum; ideoque ab omnibus his, si sanitatem velimus curare, se temperandum est.

F 5 LVI. OB.

LVI. OBSERVATIO.

*Phthisicus inopinata morte
suffocatus*

*Quater novem annorum vir Phthisicus,
repentina morte tollitur.*

IN thorace circa Arytenoidem cartilagineum collum inflatum instar strumæ erat : vivens tamen inflationem non habuit. Pulmones exulcerati & pure pleni. Et quod mirum, frustum rupti pulmonis tracheæ fistulam ita obstruxerat, ut aer vi inflatus in pulmones adigi non potuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Phthisis pulmonum ulcus est, cum febre, tussi, &c. causa repentinæ mortis fuit obstructio, Tracheæ à frusto pulmonis putridi, unde respiratio impedita, & suffocatio. Ista colli inflatio forte à convulsione inter moriendum genita est, alias ipsam vivus animadvertisset.

LVII. OBS.

LVII. OBSERVATIO.

*Asthma cum excrefcentiis in
fistula bronchiali.*

Ancilla lixivium mundandis litteis co-
quens, forte capite in abemion prono,
ore biano, vapores imprudenter in-
tra bronchia recipit: unde mox pecto-
ris angustia, quæ ad septennium du-
ravit fluxio interim menstruorum erat
diminuta. Tandem cum Saturata de
mensa cubitum pergeret, tanta pecto-
ris angustia correpta fuit, ut suffoca-
ta interierit.

Pulmones lividi & nigri. In
Aspera arteria prope meatus,
per quos aer in pulmones irruit,
caruncula quam plurimæ nigri colo-
ris, minorum glandularum instar,
fabarum & pisorum magnitudinem
nunc æquantes nunc excedentes, in-
ventæ sunt.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Corrodere partes lixivium, quas
attingit, verum est; nam ex lixivio
F 6 vulgo

vulgò illud commune Ruptorium
 preparatur. Dum inter coquendum
 calidi isti halitus in tracheam usque
 ascenderint; glandula, quæ inte-
 riorem Trachea tunicam investit,
 læsa fuerunt, & corrosa, unde
 istæ carunculae, seu si mavis, gland-
 ulae in maiorem molem excreta.
 Læsa à vaporibus Trachea, fibræ
 musculares rectæ nimirum & rotun-
 dae, quibus tota fistula respiratoria
 pro parte contextitur, sese libere
 contrahere ac dilatare non potue-
 runt, unde Respirandi difficultas.
 Postea optimè pasta, ventriculus à
 cibis admodum distentus Diaphra-
 gma versus superiora ita compressit,
 ut pulmonibus esset impedimento;
 hinc ob Tracheam obstructam, ac
 pulmonum compressionem, sanguis
 jam debito inspissatus (quod etiam
 ex mensibus diminutis liquet) eos
 pertransire nequivit, unde suffoca-
 tio & mors. Ob suffocationem, e-
 rant pulmones nigri coloris, quod
 in suffocatione semper fit.

ANATOMIA PRACTICA
 L. VIII. O.
 DE MORBIS CADAVERUM

LVIII. OBSERVATIO.

Menstruorum defectus.

Femina triennali menstruorum defectu laborans, post esum aselli arefacti, repente in lipothymiam & syncopem correpta inopinata morte decessit.

Uterus sanguine nigro impletus. Renes tartaro incrustati.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Defectum menstruorum incrustatio materiæ fabulosæ in renibus non raro concomitatur: semper enim adest sanguis crassus & nimium inspissatus ac non raro salsus, cujus particule crystallisatæ calculos, arenulas, tartareamque materiem efficiunt. Sic etiam ob sanguinis crassitiem ab uteri vasculis excipere non potuit, sed ut in cadavere conspieiebatur, vasa majora eodem turgebant. Eandem ob causam sanguis per pulmones & cor ire impotens, in Syncope, nunquam restituendam, incidit.

F 7 LIX. OB-

LIX. OBSERVATIO.

Lien ingens.

Domina plene ingentis molis diu vexata, purgans assumpsit annum, ex se alias bene habens, hac vice ad quatuor dies infinitis vicibus corpus discruciatum (i.e. sanguinem commoventi causa adscripta) alvo ex parte tranquille reddita, vena secto instituta, post hac constipatio nata. Cum scybala cum vehementia ejicere conaretur, in vomitum per triduum durans cum summa debilitate & perpetuo narium stillicidio incidit. Postea prima vertigine levi & deinde apoplexia se talem imaginatur. Ex syncope tandem obijt.

R Ecluso abdomine, lien maxima molis erat: sex libras civiles pendebat. Interior ejus substantia picem saturato nigrore referebat. Foetor aderat. Stomachus putridus & inflammatus. Imo in utroque latere, ubi ab hepate & liene cingitur, non aliter, ac si combustus esset. Intus exulcerationem parie-

Anatomia practica rationalis. 136
patiebatur : à lienis regione erat
disruptus.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Nihil auxilii attulit nec Purgatio
nec Phlebotomia ; expedit enim
considerare morbos , num oporteat
purgare , sanguinemve effundere ,
nec ne. In hac ægra obstructio in
liene , idque à crasso sanguine : il-
lud malum medicamentis pellitur
chalybeatis & volatilibus , quibus
obstructiones tolluntur. Expulsi sæ-
pius ejusmodi obstructiones cornu
cervini oleo rectificato ac camini fu-
ligine. In hac matrona sanguis non
tantum erat crassus , sed post cathar-
sin & sectam venam , multo spissior
redditus est : adeo ut lienis tumor
ingravescere incepit ; cujus ingenti
mole ventriculus cum intestinis ita
premebatur , ut ingesta per pylo-
rum vix ascendere , ac per intestina
vix descendere potuerunt : exinde
ventriculus semiputridus factus
est , quia contenta acescebant , acorem-
que contraxerant. Ob intestinorum
compressionem fuit alvus constipata ;
hinc cum vi conaretur fœces depo-
nere , in narium Hæmorrhagiam

137

incidit : in hoc conatu quid fit, quanti
quod inspirando & diaphragmatis
compressione, arteria e corde de-
scendens adeo comprimatur, ut san-
guis magis versus superiora ruat,
quam ad partes infra diaphragma:
& ob hanc causam vultus tumet, lu-
ridoque colore sæpè tingitur. Tu-
mescentibus igitur arteriis, sangui-
nisque aditu libero versus cor præ-
cluso, vascula sanguinea nâres pæ-
reptantia facile in *pæxi* sive disru-
ptionem incidunt.

Ex Cerebri Paralyfi, primo Ver-
tigine, & deinde Apoplexia cor-
repta, decessit, consulat lector præ-
cedentes de huiusmodi casibus ob-
servaciones, nam idem sapius repe-
tere, crambem esset biscoctam ap-
ponere.

LX. OBSERVATIO.

Phthifici anatome.

*Puer duodecim circiter annos natus,
post diuturnum decubitus tandem
phthificus exstinguitur.*

MEDIASTINUM putrefactum.
Pulmones albicantes, innu-
meris pustulis undique scate-
bant; crassum pus continebant. In
pericardio ultra duodecim cochlea-
ria lymphæ flavæ erant. Hepar pal-
lidum & lien: plurimæ pustulæ albi-
cantes, quæ discissæ glandularum
substantiam æmulabantur eas partes
obsidebant. Intestina flatulenta,
plurimis maculis lividis & plumbei
coloris occupata.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Phthisis est pulmonum Tabes, ut
vulgo notum; ex crasso sanguine le-
vi occasione eorum compages vesicu-
laris obstruitur, hinc inflammatio,
exulceratio, tussis, cæteraquæ sym-
ptomata; quemadmodum hujus sa-
rina observationes in præcedentibus
aliquando explicavimus.

Ob

Ob vascula lymphatica in Pericardio rupta, effuxit lymp̃ha, hinc tanta copia collecta fuit.

Quoad glandularem substantiam, revera glandulæ fuerunt, quæ propter obstructions mole immensum usque sæpe excrefcunt.

LXI. OBSERVATIO.

Apertio cadaveris, Fluxu ventris, cum tussi ac spirandi difficultate, laborantis.

Per integrum fere annum quidam pauper fluxu ventris æruginoso laboravit; cui aderat tussis sicca cum insigni respirandi difficultate.

APerto cadavere, epiploon cum mesenterio ferme consumpta erant, adeo ut intestina sine ordine sibi invicem confuse adnata fuerant, parvis villis hinc inde enascentibus. Lien contractus, rotundus & instar pilæ minimæ admodum exiguus. Hepar coloris pallidi,

di, flavi, luridi ac viridis *μοικίλον* fuit. Folliculus fellis solito major æruginosa bile admodum distentus. Intestina & ventriculus erosa bilis æruginosæ copia spurcata.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Pro varia humorum corruptione & inspissatione etiam obstructions variant, nam pro diversa particularum figura & magnitudine, diversi quoque meatus & canaliculi obstruuntur. Cerrum est ex bile æruginosa multum acidi abundare: quod experitur, tunc ilico flavus color in viridem mutabitur. Viriditate quandoquidem ab invicem bilis discrepat: Authores enim bilem æruginosam, porraceam, vitellinam, colore Isaridis Herbarum &c. esse ponunt. hæc differentia oritur, ex acidi non tantum varietate, sed ex majori copia. Bilis, porro hoc modo constituta vehementius intestina irritat, unde diarrhæa. Ob istius bilis acrimoniam acidisque in ventriculo & intestinis abundantiam ventriculus cum intestinis erodebantur. Sic propter vaporum & glandularum Hepatariarum

vari am

140 STEPH. BLANCARDI
variā obstructionem , diversū
colorem accepit.

LXII. OBSERVATIO.

Ventriculi dolor intollerabilis.

*Civis nostræ civitatis à tribus mensibus
de dolore circa regionem ventriculi a-
cerbissimo & continuo affligente que-
ritur , ita ut præ dolore & continuo
vigiliis ad ultimam maciem perductus
sit , & marasmo confectus inierit.*

INterioribus inspectis , scirrhus
ingens totum pancreas & mesen-
terii partem occupabat , qui &
janitorem ac jejuni principium am-
biebat ; materia esculenta plenus re-
pertus ventriculus , ejusque orificium
dextrum tam arcte conclusum , ut
vix aliquid excerni potuerit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Pancreas ab obstructione scirrhi-
sum , ventriculi orificium dextrum
ita compressit , ut ingesta vix excerni
potuerint : hinc cibi acor , ex acote
cor-

corrosio & dolor maximus. Atque sic ob inædiam succique alibilis penuriam expiravit.

LXIII. OBSERVATIO.

Imaginationis Falsæ observatio, quam anatomica manus detexit.

Rustica quædam, sibi ad mortem usque ranas viventes tres per quatuor menses gestare imaginabatur. Ex fonte per fistulam scaturiente bibit, & jam satiata, ex à fistula remoto, pedem ranæ fistulæ inhaerentem vidit, unde se tres, uti dictum, ranas imbibisse vulgus, per rugitus flatusque, præsertim jejuno corpore, uti solent discurrentes, & quasi coaxantes, sedulo persuadebat. Imo tria quasi ranarum capita in superficie abdominis tangi adstantibus videbantur. Tandem ex ascite obiit.

A Perto abdomine, lymphæ affatim effluxit. Tres excrecentiæ se prodibant, quæ omen-

omenti glandulæ scirrhusæ & induratae erant. Adnatus hisce tandem tumor omenti scirrhusus, qui libras duas, cum quadrante penderit. Mesenterii glandulæ etiam scirrhusæ. Cætera inculpabilia.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Hoc modo & Medici vulgares & adstantes falluntur. Medici enim perspicaces rationeque utentes facile concipiunt, ejusmodi animalcula in corpore nostro vivere non posse: oportuit igitur ei ab imaginatione falsa dissuadere. Multi quippe morbi non raro ab imaginatione generantur, & per imaginationem curantur. Pro enim varia imaginatione succi nostri varie disponuntur, & ad hanc vel illam partem diversimode fluunt. Quare per vesicatoria, fontanellas artificiales, setacea (quæ ad rem nihil faciunt) aliquando morbi curantur, quam quod præ dolore, arte excitato, à parte morbosa avertantur: hoc est idea de dolore setacei, te non amplius de dolore mali cogitare cogit, adeo ut hac occasione spiritus per vim imaginationis in partem morbificam alias
ituri,

ituri, jam ad partem aliam mittantur. Qui plurimum de hac materia scire cupiat, adeat Epistolam, quam Industrius Dion. van der Sterre in observationibus, ad me Belgico idiomate scripsit.

LXIV. OBSERVATIO.

Cachectici cadaveris dissectio anatomica.

Quadragenarius à biennii tempore incidit in capitis dolorem, iterum saepe ischuriam, viscerum obstructions, & dolorem ischiadicum, postremo febre cum paraphrenitide diem clausit.

Inspecto cadavere. Omentum corruptum & inflatum. Colon in latere sinistro admodum contractum & coarctatum. Intestina vermibus plena. Inter vesicam & rectum intestinum tuberculum scirrhosum creverat. Circa femoris dextri Trochanterem, apostema fuit, continens libram puris: hinc tendinibus musculorum & ossium ligamentis erosio, femoris luxatio.

A

Apostica renis sinistri parte sub musculo lumbari atheroma fuit, è quo plusquam duæ libræ puris effluebant: vertebræ tres quibus incumbibat, carie excisæ & contritæ erant. Pancreas circa partem duodeni, ipsum intestinum schirrho & atheromate ita obsedebat, ut alterum ventriculum mentiretur. Jecur exiguis schirrhosis apostematibus plenum. Splen totus corruptus & calculosus.

Pulmones inflammati ac glandulosi tumoribus referti. Sternum, circa clavicularum juncturam, atheromate ovi magnitudine obsessum fuit. Sub axilla dextra, inter pleuram & costas ad pugnæ maximi magnitudinem abscessus graveolens fuit, cujus aciditate quarta, quinta & sexta costa carie non tantum afficiebantur, sed à vertebra divulsæ sunt.

Elevato cranio meninx crassa fuit inflammata. Ad lævam falcis regionem tumor scirrhusus & latus in tenui meninge erat. Cerebrum lymphæ flava turgebat. Ad basin feli-bra sanguinis inventa.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Hic

Hic homo ab omni parte corruptus & obstructus : in capite scirrhus præcedentem indicat inflammationem, unde dolor biennalis.

Obstructiones in Hepate impedimento fuerunt, ne bilis ad vesiculam fellis aditum haberet, unde contigit eam in sanguine remansisse, cutimque colore aureo infecisse. Ischuria à ruberculo inter vesicam & rectum intestinum orta, quia ab eo vesica premebatur.

Apostema circa Trochanterem, ischiadicum dolorem procreavit. Sic omnibus visceribus & glandulis obstructis myriadum mala creavere.

LXV. OBSERVATIO.

Phthisici dissectio anatomica.

Ex Matre phthisi mortua natus quidam studiosus noctu vagabundus, & quovis cibor ac potus sine discrimine ingurgitans, violenta ac diuturna tussi tangitur, tempore nocturno præsertim affligente : sputum erat rotundum, postea virulentum & ex albo virescens : huic Hemoptysis succedebat copiosa & anorexia, cum febri circa
G vespere

vesperam magis recrudescente. Ades
omacriatus fuit, ut ossa vix cute ob-
ducerentur. Manus & pedes calore
languido tumebant; postea diarrhoea
superveniente, auxiliisque omnibus
incautum ceciderat, esse desit.

PUimones aperto cadavere sup-
purati. Hisque dissectis, pus
fetidissimum totumque cubitu-
lum inquinans, inventum est.

MORBI ETIOLOGIA

Quid Phthisis sit, & quid de ea
dicendum, in superioribus plus semel
enarravimus. Ex Hippocrate id veri
ei contigit, cum dicit *Tabido diarrhoea*
superveniente & *lethale*. Licet ma-
tre tabida natus, nihilominus mala
victus ratio, huic malo producendo,
non parum contribuit.

LXVI. OBSERVATIO.

Post menstrua denegata cada-
veris inspectio.

Supra quatuordecim annos puella, ante
biennium.

biennium saepe altum ducebat spiritum, solitudinem querebat. vultus & cetera omnia pallebant. Pulsus languidus & inaequalis. Menstrua deficiebant. Neque cibi, neque potus appetentia. Aderat febris. Difficultas respirandi exigua, parum sine sputo tussiebat. Urinae crasse, albae, adiposae, cum subsidencia.

DEmundato corpore, latus utrumque ab axillis ad costarum inferiorum ultimam, maculis latis è rubro liventibus, fugillationemque referentibus, erat conspersum. Jecur & ventriculus plus solito livefcebant. Bilis porracea.

Utraque thoracis cavitas virosi laticis quatuor libras continebat: pulmones sphacelati, hinc & inde maculas pure refertas. Vasa omnia & cavitates punicei coloris. Pleura musculique intercostales virore perfusi. Pericardium aridum, putrefactum & sine liquore.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Virgo hæc ob sanguinem nimis crassum & inspissatum ex mala dieta contractum, menstrua deponere

G 2 impo-

impotens facta est, circa uterum colligitur ut observatione LVII patet; verum cum iterum in sanguinem redire cogatur, plurima viscera ab eodem obstruuntur & corrumpuntur: unde in hac ægra spirandi difficultas, macula livida, pulmones corrupti, Jecur lividum cæteraque hujus generis symptomata, Hisce sæpe accedunt cordis Polypi, qui ex sanguine coagulato nonnunquam generantur.

LXVII OBSERVATIO.

*Peripneumonicus post obitum
aperitus,*

Famulus cujusdam Herois, postquam plurimum currendo incaluisse, & poculum cerevisie frigidioris hausisset, tussi, pectoris angustia & maxima respirandi difficultate corripitur; hisce febris, cum sit intensior, nec non malarum rubore accedunt. Hic ex inopia medicum negligens, morbum vili pendebat; Dominus tamen Medicum ad se accersiri jubet. Pulmonem laborare agit. Pulsus erat tangendo magnus, undosus & quodammodo

modo languidus. Galenico ritu administratus, incidit, sæpe in lipothymiam, & tandem ad plures abiit.

A Bdominis contenta inculpabilia erant. In Thorace pulmones nigri & sphacelo infecti inventi sunt.

MORBI ÆTIOLOGIA

Potus nimium frigidus, sanguini æstuant affusus, eundem coagulat; cujus coagulum per pulmones transitum non inveniens, in iis non tantum manet, sed corrumpitur: unde tota hujus morbi Tragoedia.

LXVIII. OBSERVATIO.

Post dolorem Fixum in dextro Hypochondrio, & passionem iliacam cadaveris inspectio.

Filius alicujus Mercatoris à longo tempore continuo dolore fixo in dextro Hypochondrio vexatur. Tandem iliacam passionem passus, moritur.

G 3

Aperte

A Perto abdomine, cæcum intestinum erat contractum, & in ilium infnuatum, adeo ut nihil ex ilio in colon descendere potuerit cæcum extractum non tantum inflammatum & prætumidum erat, sed etiam cancrolum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Iliacis passionibus causa sæpe est inflammatio, à fecibus obstructio, flatus, aut Herna; exinde intestina distenduntur, & succi nervosi cursus pervertitur. Hinc quoque intestini partis paralysis, & contractio, adeo ut intestinum arcte contractum facile in distentum incidat. Cancro in intestinis fieri possunt, cum eorum glandulæ obstruantur. Cancer enim est mortificatio glandularum, quæ in carne *Sphacelus*, & in ossibus *Caries* dicitur.

LXIX. OBSERVATIO.

*Filioli lumbricis laborantis
anatomie.*

*Alicuius nobilis filiolus binulus per
dies aut tres dies tussi sicca laborat,
cum inquietudine tempore nocturno :
creberrime ejulabat : an à dentibus
molaribus prerumpentibus, an ab alia
causa mater nesciebat; tandem in con-
tinuas convulsiones incidit : post diem
tertium rebus humanis, prematura
morte, exemptus est.*

Cum apertum esset abdomen,
nihil culpabile inventum est,
nisi quod duodenum à lumbrico
tereti perforatum & exesum esset,
qui vivus adhuc extrahebatur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quid de vermium procreatione sit
in superioribus dixi, inspicere observa-
tionem quinquagesimam quartam.

Ventriculus in Thorace locatus.

Miles febrim tertianam diuturnam fer^t
per totam æstatem passus, à circum-
forato, quavis à febre liber, an-
timoniatum emeticum sumpsit, sed nil
præter vomendi conatus insecuti, adeo
ut post paucas horas de medio subla-
tus sit.

Cum intima cadaveris perscrutarentur, mirum, ventriculus in dextra parte thoracis collocatus erat. Unicus duntaxat idque sinistro in latere adfuit pulmo.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Hujus Male locati ventriculi causa, non aliunde quam ab emetico petenda: nam à vehementi conatu, incidit Æger, ut ita dicam, in speciem ilei passionis, nam ut intestina invicem involvuntur, cur etiam id ventriculo accidere non posset: non dubito quin ventriculus ante illud assumptum in abdomine

mine locatus fuerit. Ita sæpe medici saniores male audiunt, quando chymica propinant, cum omnis culpa à circumforaneis audacibus dependeat.

LXXI. OBSERVATIO.

Tabidis dissectio.

Quatuordecim annorum Virguncula à quatuor annis tabe incepit laborare, postea tussi & febricula corrupta est. functionibus quotidianis obcundis satis vigilax. Cibi & potus valde appetent. per sesquimensem ante obitum decumbens, moritur.

M Esenterium scirrhis ac steatomatibus duris undique plenum, præsertim circa vasa sanguinea: quædam ovi anserini magnitudinem superabant, alia mûcem môschatam excedebant. Cibi ut comesti erant intèrmixti excreti fuerunt. ramosus calculus pondere sesquifilici in dextro pulmone abscessus fetidus, membrana inclusus fuit: inciso tumore tanta puris copia effluxit ut dodrantem l's æqui-

æquaret. Porro pulmones scirrhis
ac steatomatibus referti. Cor molle
& flaccidum : cætera satis sana.

MORBI ETIOLOGIA.

Quæ de obstructionibus hujusmodi
dixi, superiores consule observatio-
nes.

LXXII. OBSERVATIO.

Calculi in ventriculo inventi.

Nobilis quidam semper vel per aliquos
annos per intervalla miris modis con-
sistatur cum morbis &c. præter cæte-
ros vero sæpius de dolore circa regionem
cartilaginis xiphoideæ questus fuit.

Pulmones in pectore
seu ex nigris, lividisque macu-
lis varii coloris, sanguinemque
fœtidum & spumofum continebant.
Cor parvum & flaccidum, uti & je-
cur. Ventriculus plures quam tri-
ginta calculos tam majores quam mi-
nores continebat, qui fundo ac sub-
stantiæ ventriculi pertinacissimè ad-
hære-

hærebant. In Hepate & renibus,
hydarides nonnullæ lymphæ fusca
turgidæ.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Obstructis glandulis sive in reni-
bus, Hepate, pulmonibus, intesti-
nis aut ventriculo, particulae fæcæ
sæpe crystallizando in lapides faces-
cunt, ut in hoc subiecto, ac qui hinc
omnis mali fons.

LXXIII. OBSERVATIO.

*Colici & pseudopleuritici,
ut judicabatur, anato-
mica 'ΕΠΙΣΚΕΨΙΣ.*

Illustri viri, acutissimis ventris dolori-
bus, colica æmulis sapissime molesta-
tus, incidit in febrim continuam sat
acutam, cum vigilis & sinistri Hy-
pochondrii dolore vehementissimo ad
humerum usque tendente in quo sevis-
sime doloribus afficiebatur. Galeni-
cæ Methodo, morbum pelleret, cum
non potuit, subijt mortem.

G 6

Ab-

A Bdomine dissecto, omentum in se convolutum & umbilicum versus globuli instar conglobatum fuit. Splen autem totum putrefactum & parte sua planè consumptum. Contenta picis nigrae & liquidæ in modum graviter fætebant. jecur quoque ob viciniam putrescere incipiebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab acidis particulis in mesenterii membranis latitantibus, colicis doloribus, ejusque contractioni ansam dederunt: sic & à sanguine coagulato Hepatis, lienisque obstructions & corruptiones ortæ.

LXXIV. OBSERVATIO.

Calculus in utero repertus.

Vidua septuaginta & duos annos nata, Triginta & duorum annorum spatio Herniam inguinalem ovi asserini magnitudine idque non sine magna incommoditate passa est. Aliquot menses ante mortem, ab hydropse sequiampi liberata fuit. Incidebat e-
nim

nim in pyalissimum, imo circa umbilicum & femur duæ vesiculæ aquosæ aquam effundebant; adeo ut tribus viis hydrops depulsus sit. ab iliaca passione, denata est. quindcim aut sexdecim annis ante obitum dysuria cum lumborum, ossis pubis, ac perinei doloribus vehementioribus laboravit. Denique ab iliaca passione denata est.

A Bdomine aperto: cæcum intestinum cavitate annulari musculi oblique descendentis circa inguen retentum fuit: in cuius peripheria externa caro quædam accreta, Herniamque diuturnam constituit. Omentum corruptum & fere consumptum. Cætera intestina ex cæci inflammatione & gangræna, erant infecta. In utero valde duro calculus grandis inventus, totam ipsius cavitatem implens, ac figuram referens. externus cortex friabilis fuit; interna substantia durior quidem sed porosa magis.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Hernia ista fortè & vesicam compressit unde dysuria. Cæcum laborasse potuit inflammatione unde dolores

lores ingentes, & ex ulcere carnis
excreſcentia: ſic eandem ob cauſam
in utero compreſſo materia cavi-
tatem inſtillans, & per oſculum exire
impotens, coagulata, calculi duri-
em acquiſivit.

Porro Ab aliis obſtructionibus,
ſanguiniſque corruptelis viſcera ob-
ſtruebantur, & diſruptis lymphati-
cis, liquor effuſus conſtituebat hy-
dropem. Hic de calculorum geneſi
nihil dicam, cum id in ſuperioribus,
ni fallor, ſatis ſuperque peractum
ſit: ut & etiam de iliaca paſſione.

LXXV. OBSERVATIO.

Cordis palpitatio & pulſus in- æqualitas.

*Vir nobilis poſt naufragii terrorem que-
ritur de palpiratione cordis, ipſum
ab aliquot diebus infeſtante: pulſus
ei continuo inæqualis. Cum hoc ſymp-
toma diu perfeveraverat in difficulta-
tem ſpirandi incidit. Poſtea omni-
bus in pejuſ ruentibus, pulſus in car-
po nullus: aſt ſupra regionem cor-
dis frequens, debilis admodum &
inæqualis: crura & pedes inflati,*

ante

ante mortem sanguinem nigerrimum,
crassum & glomeratum excernebat.
Ager, ad extrema redactus, mori-
tate.

Visceribus perscrutatis, cordis
uterque thalamus concreto san-
guine distentus: imo ipsi pul-
mones plurimo sanguine repleti. In
sinistra cordis cavitate caruncula sa-
tis magnæ inventæ, substantiam
pulmonum æmulantes, quæ arteri-
am magnam obstruebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Post Terrorem sæpe coagulatur
sanguis, qui in pulmonibus & cor-
de hærens ejusmodi symptomata
concitat. Lege palpitationis cau-
sam pagina decima quarta, hujus
opusculi.

LXXVI. OBSERVATIO.

Hepar permagnum.

Suspensi alicujus hominis a carnifice cor-
pus evulsæ incisum.

Lien

Lien erat solito grandior, in medio bifidus, jecoris in modum, per rimam suam, vel fissuram. Venas admisit tres, sub fissura nempe, in suprema & infima parte; solitam tenuitatem & latitudinem habuit: margo seu extremitas circum circa rotundior, cum crassitie singulari. Sanguis contentus hepatico tenuitate non cedebat. Hepar erat grandissimum, in alterum latus protensum, fibrisque ipsi lieni connexum, quasi lobo ejus illum amplexante.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Nihil in hoc suspensio, quam quod Hepar, quamvis alias ab omni culpa immune, solito magnum fuit, quod aliquid monstri tantum simile fuit: de cujus productione alio loco dicetur.

LXXVII. OBSERVATIO.

Polypo cordis laborans, apoplexia moritur.

Obtuso quidam ingenio, repente apoplexia

Cerebrum erat flaccidum. Meninges mucoso & valde tenaci humore perfusæ : imo ipse sinus tertius cum adhærentibus vasis istoc liquore turgabant. Ventriculi quoque eodem repleti.

In cordis sinistro thalamo polypus fuit ex viscida materia concretus.

Madebat etiam spinalis medulla liquore lymphatico.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Multum visciditatis hunc ægrum in sanguine habuisse videtur , quod ex cerebro per venas in cordis sinistram ventriculum latum , columnis & fibris adhæsit , ac polypum retulit. Sic ab eadem causa cerebrum paralyti tactum in soporem apoplecticum incurrit , unde sæpe mors insequitur vel Paralyfis.

*Dissectio pueri, qui excrementa per umbilicum ex-
cernebat.*

Chirochymicus quidam duodecim annorum, queritur de dolore & tumore duro circa umbilicum: tandem rupto tumore ultra mensam stercora per illud foramen eiecit; alvus interim erat clausa.

Dissecto abdomine, excrementa per ventris cavitatem ejecta erant. In latere sinistro colon ulcere, eoque calloso laborabat, & instar ventriculi distentum. Circa finem mesocoli tumor grandis & prædurus fuit, qui rectum intestinum ita comprimebat, ut ne quidem excerni potuerit. Faeces intestinis adhuc contentæ lapideam ferè duritiem acquisiverant. Mesenterium, intestina & pancreas scirrhosa inventa sunt, ulcus in ventriculi fundo fuit. Pylori carnosa valvula scirrhosa & iusto major. Vena portæ & cava scirrhotatibus & steatomatibus scatebant.

bant. Iecur exuccum & scirrhum. Occupabant quoque scirrhi & steatomata undique ipsum diaphragma. Iisdem & pulmones, cordisque vasa, Trachea & œsophagus corripiebantur. Liquorem flavum continebat sacculus cordis, idque magna copia. In cordis mucrone tumor albus ad nucis moschate minoris magnitudinem. Causa istius ejectionis per umbilicum patet ex cadaveris descriptione : nam tumor iste rectum ita compressit, ut per anum nihil quicquam excerni potuerit ; adeo ut ob excrementorum acrimoniam Colon erosum fuit & exulceratum, atque sic facile excrementa in abdominis cavitatem effusa fuisse credibile est : hæc postea abdomen ita distenderunt, ut rupto abdomine, facile eruperint.

Porro, ut sæpius dictum, ex humoribus obstruentibus, seu acidis & viscidis scirrhusitates & steatomata in glandulis aliisque partibus crevere : omnia quippe viscera ejusmodi tumoribus scatebant.

LXXIX. Or.

LXXIX. OBSERVATIO.

Calculus renum.

Quadragesima annorum femina, à pluribus annis renum calculo laboravit: sæpe etiam calculos cum arenis excrevit. In idem malum denuo incieit, præsertim cum dextri lumbi dolori intollerabili; huic vomitus immanis adjuugebatur. Lotium aque instar tandem plane supprimitur. Arte paronia penitus renuente, animam deposuit.

D Isecto cadavere, sinister ren calculus continebat duobus ramis dentatum, uncie unius pondere: substantia renis plane consumpta erat, sed membrana renem ambiens, calculus ambebat. In dextro autem rene rotundior calculus fuit, qui quatuor scrupulos pendebat. cætera sine culpa.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De renum calculo vulgaris est observatio, & symptomata quæ huic conjunguntur, alibi explicavimus, adeo ut hic nihil repetiam.

LXXX. OB-

LXXX. OBSERVATIO.

Gemellorum duplex secundina.

Femina, hora dimidia ab editione pueri vitalis, in syncope exspiravit.

Uterus post obitum perpendiculariter caditur, qui duas secundinas suis cum umbilicalibus vasis retinebat. Inferior secundina, duas placentas, totidemque vasa umbilicalia ex unico trunco prodeuntia, gaubebat, in qua puer jam jam natus occlusus fuit: a superioris circumferentia, uteri osculo & dorso in anticum medium producta fuit secundina: placenta Hydatidibus interius paucis obfessa erat. Superior erat integra, dimidium fundi superius consueto ambiens, in qua puer extinctus alter excludebatur. Ab invicem per septum orbiculare ex tendine membranaceum dirimebantur. Ab interna placentæ facie, Hydatides erant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De bifido & trifido funiculo exemplum

empla etiam refert in observationibus suis Experientissimus Doctor C. van Solingen, sed num placentas etiam divisas invenerit, non refert; Veri tamen simile est, quod funiculos tot etiam placentas adesse. Saltem in hoc partu divisa fuit ut fratris placenta nempe cederet.

Hydarides ista, quibus placenta obsidebantur, ortum habere credo, quod succus nutritius seu lymphæ regressum non habuerit, adeo ut tandem in vesiculas aquosas, ob ingentem copiam elevaverit.

LXXXI. OBSERVATIO.

Fractura brachii à globulo scolopetari.

Nobilis quidam per os brachii scolopetari globulo ictus: Vulnere accommodato, sine dolore, timore aut inflammatione se primis viginti diebus bene habuit. postea febre vehementissima correptus, trigesimo die obiit.

EXenterato cadavere, pulmones putridi, & scirrhotatibus duris pleni. Ren dexter ulceratus.

tus, cujus purulenta in vesicam de-
posita.

MORBI ETIOLOGIA.

Liquet in hoc nobili, morbi cau-
sam lineari oculis latitare; non e-
nim à vulnere obiit, sed à malo in-
terno. Multa sacro involucro recta
jacent, neque ullis mortalibus om-
nia scire fas est. inest namque sa-
pe in incredibili verum, & in veri-
simili mendacium.

LXXXII. OBSERVATIO.

Paralysis à lethargo.

Puerulus paulo supra tres annos natus,
ophthalmiis gravioribus; & faciei
exanthematis gravioribus obnoxius,
ineunte autumnio male habens, cum
febris lenta, & appetitu prostrato
& somnolentus evasisset, ut dies & no-
ctes fere assiduò dormiret; expropterea
tamen amicos novis, & interrogatus
respondit. à remediis post sextum aut
septimum diem febre immunis, satis
vigilans, & alimenta poscens, pla-
ne convalescere videbatur; sed brevi
post

post recidivam passus, & denuo sopor
rosus, corpore statim graviore afficie-
batur, adeo ut vix expergisceretur;
postridie plane stupidus, nullius feri
sensus indicium præbens; atque intra
diem unam vel alteram totius dextri
lateris paralytis insecuta. Medica-
mentorum administratione nihil adju-
vante, post quartum aut quintum
diem, viribus fatiscen-
tibus, obiit.

IN rene dextro humor Ich-
rosus albicans, quasi sanies
tenuis.

Elevato cranio anterior cerebri
regio, fere usque ad sinus quarti in-
plantationem, lymphæ, per mem-
branas translucen-
te, obiecta, intum-
escebat. Cerebrum madidum.
Posterior Vero vasa cruore rubesce-
bant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab obstructionibus cerebri, vasu-
que lymphaticis ruptis, tota ἡ in-
undatio: si tunc viæ paten-
tes præclusæ fuerint, liquor in ven-
triculis moratur, vicinasque partes
premit, unde sopor, stupor cæte-
raque symptomata.

LXXXIII. Os.

LXXXIII. OBSERVATIO.

*Pulsus inequalitas ab ulcere
cordis.*

*Virgo bis decem annos nata, à longo
tempore pulsu intermittente, ejusque
inequalitate laboravit, quæ tandem
ebrit.*

In Specto thorace, ulcus in corde
fuit, quo cor ferme ad dimidi-
um consumptum fuit.

MORBI ETIOLOGIA.

Inpedito à motu corde, etiam
arteriæ laborant, nam quo ritu san-
guis è corde effunditur, eodem
modo ab arteriis accipitur: si cor
convulsionibus, ut hic, tentetur,
arteriæ obediētes, eundem se-
quuntur motum.

LXXXIII. O.

Ventriculi Hydrops.

Mulieris se gravidam putantis abdomen
sensim intumuit. Gestationis tempo-
re elapso, Hydrope laborare judica-
tur, per triennium venter ita accre-
vit, ut oneri ferendo vix sufficeret.
Tandem febris continua, dyspnœa,
fisi immensi & inquietudine emaciata
animam, reddidit. in vivis multo
potu frigido & fructibus crudis usa
fuit.

Continebat abdomen lymphæ
nonaginta libras. Peritonæum
parti anticæ ventriculi tam fir-
miter adhærebat, ut non nisi cultel-
lo separari potuerit, adeo ut vulnus,
per quod lymphæeducta fuerat, in
ipsum ventriculū penetrabat. Am-
bo ventriculi orificia eundem situm
ferè obtinebant, seque invicem tan-
gebant: Omentum superiorem par-
tem occupabat, jecur è loco valde
elevatum, ventriculus per medium
dissectus ulnam vulgarem superabat,
fibris, quæ membranam interiorem
con-

contexebant , à se invicem late dif-
fis. Cystis aquosa de pylori me-
dio pendeat , interior ventriculi
membrana hydatidibus scatēbat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quantum frigida & fructus acidī
nocent , cuius notum : frigida san-
guinem instar gelatinæ concrefcere
faciunt , acida vero eundem coagu-
lant : atque hæc duo mulierem hanc
vexarunt.

Rarum certe Hydropis ventriculi
exemplum est : novimus Hydro-
pem esse vel generaliter per univer-
sum corpus , in partibus particula-
ribus tantum residere , atque illa
fors nostræ mulieri in ventriculi
membranis contigit. Vasculis lym-
pham , per universam texturam ,
vehentibus , dilatatis , primo Hyda-
tides seu aquulæ orræ sunt , & de-
inde post eorum rupturam , lymphæ
intra ventriculi tunicas effusæ , hinc
quoque laterum ingens dilatatio ,
intra cujus intercapedinem immen-
sa liquoris copia , discantibus in-
venta.

Ob sanguinem aliquando refrige-
ratum & deinde incalescentem ,
H 2 febris

febri laboravit : ex dicta liquet multum cruditatis & aciditatis in sanguine reliquisque succis accumulasse. Ex Febri, ob salivæ defectum oriebatur sitis ingens. Inquietudine fatigata est, quia acidi & viscidum humores, particulas acutas habentes, membra omnia vellicabant, unde quasi totius corporis dolor. Sitim patientes, cibos vix capere aut deglutire queunt, imo abhorrent; accedit appetitus prostratus & ventriculi ab aqua ad interiora coarctatio, unde vix cibum, nisi cum summa difficultate sumere quivit : non mirum igitur illam ad extremam maciem fuisse redactam.

Facile mihi persuaderem, ex potu frigido, quem æstate largiter ingessit, lympham, ventriculi parietes percurrentem, fuisse constipatam, unde vasculorum dilatatio & ruptio : unde venter post annum unum & alterum immensum usque extensus fuit.

LXXXV. OBSERVATIO.

ΤΟΥ ΕΞΟΜΦΑΛΟΥ

Post obitum dissectio.

Infans, prole mascula, fausta que Juno-
ne lucina, recens natus, tumore
umbilici, nucis fere juglandis mag-
nitudinem adequante, corripitur :
sed post triginta horas, antequam,
cum esset ruri, medici & chirurgi
convenerant, ad pugni magnitudinem
extumuerat. adhibita candelâ, in-
testina versicolora, rupto peritonæo
in eum prolapsa conspiciebantur. a
dextra parte desuper, carnea quedam
moles, intestina sphaelata foras de-
primens, deprehensa est. Tumore,
ut intestina reponerentur, inciso, re-
nitente carnea mole, statim expira-
vit.

VItæ summa brevis spem nos
vetat inchoare longam. A-
perto abdomine, omentum
desiderabatur. Lien exiguus admo-
dum. Intestina tenuia spacelo cor-
repta, per dilatatum peritonæum
circa umbilici regionem, prolapsa
erant. Hepar in duos lobos altè
divi-

divisum erat. quorum alter debito loco, dextro nempe collocabatur, alter vero extra peritonæum prolapsus, eidem tam firmiter accreverat, ut cultello neutiquam separari potuerit. Cætera sine culpa.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Jecur in embryone fortasse non divisum, sed integrum, ut solet, primo fuit; sed postea, matre vel perterrita, vel alias lapsa aut cæsa, jecur, Cæteraque abdominis viscera ita concussa fuere, ut jecur à ligamentis suis ruperit, hinc molis allicujus versus umbilici regionem descensus: adeo ut ob gravitatem, non tantum intestina comprimebantur, sed & peritonæum ita dilatatum fuit, ut forinsecus facile contenta conspici poterant. Ob nimiam jecoris pressuram, vascula sanguinea, aliave intestinorum membranas irrigantia, sanguinem purpureum, cæterasque succos admittere aut relegare non potuere, hinc circulatione impedita, intestina sphacelo correpta fuerunt, & omentum procul omni dubio, jam jam corruptum.

LXXXVI. O.

LXXXVI. OBSERVATIO.

Paralytici anatome.

Juvenis, sanguineus post lautiores canam & haustum vini immoderatiorem, stupiditate in manu dextra afficitur; imo ambulare nixus in femore & crure ejusdem lateris resolutionem sentit; paulo postea in mentis Hebetudinem quandam & torporem sine Apoplexia tamen incidens, nam ad interrogata apte, licet tarde, respondebat. Medicamentis frustra applicatis, etiam dexter oculus visum amittebat; usque tamen, etiamsi torpidus, & somnolentus, mentis compas amicor dignoscebat. Functionibus indies decrepescens, circa diem septimum aut octavum, modo in delirium, mod in convulsiones subinde incidens, tandem viribus exolutis, morbo succubuit.

E Levata calvaria, anterior cerebri cavitas, sanguine partim jechoroso, partim concreto & grumoso, cum laticis tenuis copia inpleta fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

H 4

Que-

Quemadmodum sæpe sanguinei in
narium Hæmorrhagiam, præsertim
si potibus inebriantibus gaudeant,
incidunt, ita quoque meningum
vascula non rarorum punt sanguinem
que intra minervæ parietes effun-
dunt. deinde membranæ totumque
cerebrum ab effusa materia ita
comprimuntur, ut succi cerebrales
versus nervos descendere nequeant,
hinc somnolentio & stupiditas; hinc
unius aut utriusque lateris paraly-
sis. Humoribus indies acrescentibus, vel-
licationesque parientibus, convulsi-
ones & deliria producuntur. Si to-
tum cerebrum fuerit obrutum, in
apoplexiam incidisset; ast quia dun-
taxat anterior cavitas, quædam
mentis ratiocinantis indicia superer-
rant, quæ alias plane obnubilantur.

LXXXVI. Ob-

LXXXVII. OBSERVATIO.

Apoplectici anatome.

Senex obesus, collo brevi & toroso, diu in valetudinarius, vitamque sedentariam agens, cacochymiam valde scorbuticam contraxerat; respiratione difficili, & anhelosa, cum capitis gravitate, & torpore insolito affectus: post aliquot tempus matutino tempore de repente percussus, & mox æquanimis & insensibilis factus, in humum concidit, & illico sublatus.

IN cerebro, Vasa meningas irrigantia, sanguine mediocriter repleta, absque ulla phlogosi, aut extravasatione: omnes & singule partes ab omni culpa immunes videbantur.

In thorace pulmones discolors & spumo per totum infarcti.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Credendum est sanguinem in hoc senio ita fuisse viscidum, ut obstructions paruerit, easque in cerebri

H 5

glan-

glandulosa mole : hinc primo pauci
 succi sequestrati , unde non tantum
 capitis torpor productus , sed ex de-
 fectu , nervi respiratorii non irriga-
 ti sunt , adeo ut fungi officio suo
 pulmones nequiverent : non mirum ,
 nostrum senem fuisse anhelosum ,
 dyspnœaque laborantem.

Solvere Apoplexiam vehementem
 impossibile quidem , levem vero non
 facile , qui apoplexia nihil aliud est ,
 quam cerebri paralyfis , hoc est
 glandularum cerebri , ejusque mea-
 rum vel obstructio , ut hic , vel
 compressio , quemadmodum in præ-
 cedenti observatione videre est.
 morbus hic senibus familiaris , sit-
 que maxime à quadragésimo anno ad
 sexagesimum & ulterius : nam ob
 defectum salis volatilis , humores
 viscidii fiunt , à quibus tenuiores
 succi in cerebro amplius sequestrari
 non possunt , unde & cor & totum
 per consequens corpus collabascit
 & concidit.

LXXXVIII. OBSERVATIO.

*à Meningum abscessu Capitis
dolor.*

*Quidam post diuturnam Hemivertiginem,
sub sutura squamosa, per tres heb-
domadas cum assiduo & vehementer
molestante, apoplecticus moritur.*

E Levato cranio, inflammatio lo-
cum dolentem occupaverat, un-
de suppuratio, ex qua sanies in
cerebrum decidens, substantiam e-
jus livore & putredine infecerat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Humores alibi resistentes, cor-
rumpuntur, acoremque cum fœtore
contrahunt. Sic in hoc ægro, me-
ningibus ab istiusmodi humore vel-
licatis ac corruptis, pus effusum,
cerebri canaliculos ita compressit,
ut in altera parte nulli succi cere-
brales segregari non potuerunt; ex
quorum defectu torpor, & deinde
mors.

LXXXIX. OBSERVATIO.

*Ab inflammatione meningum
cephalalgia.*

Studiosus cum per quatuordecim dies de
intollerabili cephalalgia, ipsum con-
tinuo vexante, molestatus fuisset,
denique febre vehementiore, statim
vigilia, convulsiones, & confabula-
tiones deliræ insequiebantur. Medi-
camentis nihil proficientibus, & viâ
excessit.

E Levato cranio, vascula menin-
ges perlustrantia fuerunt cruore
turgida, & distenta, imo è si-
nibus dissectis septuncis mensura san-
guinis fere effluxit. Meninges non
tantum discolores, sed & inflam-
mata. Cerebrum, ejusque cavitates
humore limpido turgabant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Si meninges ab acri humore vel-
licantur, dolor, & convulsio. Ce-
rebri fibræ seu canaliculis etiam ir-
ritatis, vigiliæ & delirium. Eundem
ferè casum, observatione tertia in-
ve-

venies, ubi lector quoque latiore
explicationem inveniet.

XC. OBSERVATIO.

*Cephalalgia continua & inve-
terata in Lethargum tran-
siens.*

Quinquagenaria per semiannum ferme
immani cephalalgia sub sutura sagi-
tali continuo fere torquebatur: ea de-
nique in lethargum cum partiali mem-
brorum resolutione incidit: a curatio-
ne tamen per convenientia adhibita,
multo pejus quam prius cephalalgia
atroci experrecta est: post tres fere
hebdomadas apoplectica obiit.

CAlvaria dissecta è latere sinus
tertii, tumor scirrhusus tres
digitos latus membranis accre-
verat, ejus interventu & crassa
meninx aliquanto spatio tenui ac-
creverat, & vasa sanguifera, quæ
illic in finem dehiscere debuerunt,
constipabantur. Cerebrum tam ex-
tus quam intus lymphâ madidum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

H 7

Ex

Ex præcedenti inflammatione dolor primo & deinde scirrhus factus, qui compressione sua sinum tertium adeo angustum reddidit, ut sanguis ex cerebro in illum transire non potuerit: hinc cerebri paralyſis, quæ apoplexia dicitur.

XCI. OBSERVATIO.

Oſſis ſphenoidis Fractura.

Ebrius quidam ſexagenarius ex lapſu ab alto ampliſſimum vulnus in cranio contraxit. vertigine, vomitu ac ſupore ilico correptus: hiſce, poſtridie ad ſe rediens, nullum inſequebatur ſymptoma: quarto die, poſtquam multa purulenta excreverat, ab inopinata apoplexia, eſſe deſiit.

A Pertâ calvariâ, multum lymphæ effuſæ ventriculos replectis, inventum. Continuatâ ſerie rima per frontem, oculique foramen uſque ad ſellam turſicam excurrerat, prope oſſis ſphenoidis mediam partem ingens item oſſis ſphenoidis fragmentum ſejugatum à reliquo oſſe erat. multam effuſi ſan-

Anatomia practica rationalis. 183
sanguinis in cerebri recessibus deli-
tescebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ex lapsu lymphæ aut sanguinis
effusio, hinc cerebri compressio,
convulsio & stupor. videantur plu-
ra in præcedentibus.

XCII. OBSERVATIO.

Pulsus inæqualitas ab obstru- cta cordis auricula dextra.

Mercatoris filius quinque annos natus,
sepe pulsus inæqualitate vexatus,
interiit.

Auricula cordis dextra, mul-
to quam solet major, mate-
ria quadam mucosa, dura &
concreta, nuci ferè juglandis simi-
lis referta.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Lector adeat observationem sep-
timam & octavam, ibi enim ætio-
gia huic observationi congruam
dabo.

XCIII. OB-

XCIII. OBSERVATIO.

Abortus Hydropicus.

Fœmina prægnans, ab incendio alieni-
 jux domus in vicinia perterrita,
 primo haustum largiorem cerevisiæ se-
 cundaria, ut anxietatem abigeret,
 sumpsit. Postridie se nulla incommo-
 ditare sentit: tertio die filiolum Hy-
 dropicam enixa est, quæ paucis post
 diebus obiit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De Hydrocephalo in abortu ob-
 servatio sexta inspicienda est. Idem
 annotavit Doctissimus Corn. van So-
 lingen. in observationibus, quas bel-
 gico idiomate edidit.

XCIV. O

XCIV. OBSERVATIO.

Calculosus senex apertus.

Senex ultra sexaginta annos natus, sæpe febricula, cum aepsia, Virium imbecillitate &c. Corripitur. Tandem odiose tædia vite deposuit.

Inspetto abdomine, vesica calculum pyriformem continebat, admodum durus, ac in medio pervius. Per illud foramen urina exitum habebat: quatuordecim uncias pendebat. mirum, eum per totum vitæ ductum nunquam de calculo, dolore, gravitate aut suppressa urina quæstum fuisse.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ob perforatum calculum, urina nunquam substirrit, ideoque à doloribus maximis liber fuit. Cæterum non à calculo, verum ex scorbutico sanguine tandem obiit. De calculorum genesi, præcedentia vide.

XCV. OBSERVATIO.

XCV. OBSERVATIO.

Iliacus affectus.

Intensa heme, incidit consiliarius, quidam in dolorem colicum. Vomitus stercoreus per invalla. Tertio die febris, sitis & lingue ariditas. septimo die venter laxus, tandem prae virium imbecillitate & languore, extinguitur est.

Interaneis perlustratis, illeum tribus in locis, complicationibus convolutum & velut in unam massam compactum circa colon inventum est, non sine sphacelo infectum & perforatum, nec ipsum mesenterium circa illam convolutionem à gangræna tutum fuit. plurima excrementa effusa ex ano per terebrato effluiebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab ileo vomitus, vel singultus, vel convulso, vel delirium malum. Vide de ileo porro observationem decimam septimam.

XCVI. OB-

XCVI. OBSERVATIO.

Pleuritici, post ascitem sanatum, cadaveris inspectio.

Quadragenarius post febrim tertianam diuturnam curatam, Hydropem ascitem incurrit. venter admodum intumuit, præsertim umbilicus, qui ad pugni fere magnitudinem protuberabat. Postea sua sponte rupit, & convaluit.

Post annos aliquot in pleuresin incidit, & eadem obiit.

Post obitum, vena umbilicalis, quæ alius concrevit & ligamenti indolem acquirit, non tantum aperta inventa est, sed facillime pennam asperinam admisit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Testatur non tantum Aquapendens sed & Bartholinus Venam umbilicalem præter communem ordinem in Hydropicis referari. Fortasse Hepar ingentem molem, hydatidibus obfessam, excrevit, ruptisque aquæ

aquilis, vena illa ita madefacta fuerit ut facile dilatari, & à sanguine in vena portæ contento repleri & iterum aperiri potuerit.

XCVII. OBSERVATIO.

Urina involuntarie effluens.

Octo annorum puella, a quatuor annis involuntaria mictione laborans, obiit.

D Exter urether magnitudine auricularem digitum admittebat : sinister vero non ad vesicam descendebat, sed paulo infra renalem dextram venam cavam ingrediebatur. Vesica erat contracta, & veluti in scirrhum concreta. Pulmones purulenti, pericardium, mediante callositate carnosâ diaphragmati connexum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Cum sinister officium suum præstare non potuerit, dexter in ipsius locum susceptus est : nam sinister urinam segregatam iterum in cavam effudit : hinc capacitas dextri aucta fuit.

fuit. Urina quoque continuo sanguini affusa, ipsius massam nimia salledine corrumpit: unde pulmones corrupti & tandem pure pleni evasere. sic urina nimis salsa forte & vesica noxia fuit, & tandem scirrhus vexavit.

XCVIII OBSERVATIO.

Pectoris Hydrops,

Sexagenarius per quadriennium initio levi, post gravi pectoris angustia detrimetur. is subito inopinata morte, quasi fulmine ictus corruit.

Dilataque cartilagine costis annexa, mox lymphæ ex viridi citrina, cum impetu, profluit. Pulmones maculis nigris etiam diversi colores, instar spermatidis ranarum occurrunt, ex quibus sanguis nigerrimus profluxit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Apoplecticus obiit, nam in pectoris cavitate lymphæ erupit, ob
cujus

cujus copiam pulmones se libere movere non potuerunt, atque sic per eos sanguinem amplius moveri concessum non fuit: cerebrum interim ab ejus irrigatione frustratum, corpus corrui.

XCIX. OBSERVATIO.

Palpitatio cordis.

Nulla quidem nomine ortus quidam, à tribus annis in palpitacionem cordis incidit quæ, cum nimium laborando fatigasset, magis exacerbatur.

Post obitum, in aorta supra valvulas semilunares, tria corpuscula membranis tecta, invicemque unita, inventa quibus sanguinis exitus præcludebatur. ad ejusdem arteriæ ex corde exitum, infra unius præcedentis valvulam, osseum quid, longitudine digiti transversi repertum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Idem fere observatione octava reperiet lector, ad cujus inspectionem ablegandus.

C. Or.

C. OBSERVATIO.

à Gulae carcinomate mors.

Cuidam succrevit humilis ac latus tumor, insidens firmiter lateri tracheæ, paulo supra jugulum. Hinc respiratio & deglutitio impediabantur, ita, ut ne gutta liquoris pertransire poterat. tandem emaciato corpore morti succubuit.


D Enudata post obitum cute, ad instar carcinomatis, colore plumbeo, & radicibus undiquaque diffusus tumor, præsertim circa gulam, intus adeo concreverat ut vix aciculæ majoris glandem admittebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Laboravit cancro glandulæ alicujus ad tracheæ latus communiter residentis : sæpe glandulæ immensum usque excrescunt, quæ partes vicinas præmunt, ut hic. Si enim trachea & œsophagus liberum habuissent aëris transitum, nec deglutitio, nec respiratio læsa fuissent. Cancer gangræna est alicujus glandu æ.

I

STEPH.



Steph. BLANCARDI
ANATOMIÆ

Practica Rationalis.

SIVE

Rariorum cadaverum morbis
denatorum

ANATOMICÆ INSPECTIONIS

Centuria altera.

I. OBSERVATIO.

*Strumarum in Maxillis &
Hepate generatio*

*Quidam, cum viveret, ingenti struma
per aliquot annos, juxta inam infe-
rioris maxilla regionem, laborabat.*



Perto post obitum cor-
pore, Hepar intus foris-
que innumeris glandu-
lis, pisi fabæque magni-
tudine, refertissimum,
eodem transversim sectæ, nihil pror-
sus

I 2

sus humoris effundebant, verum ex gypsea quadam pituita composita, in figuram substantiamque adenibus per- similem condensabantur; indeque hepar in ingentem molem, atque im- manè pondus excrevit; adeo ut duplo majus, triploque gravius solito con- spicerentur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Strumæ nihil aliud sunt, quam ob- struções glandularum, siue eæ fiant in glandulis maxillaribus, siue in Hepa- te, aliisve in partibus. Causa est vis- ciditas humorum, qua sequestratio debita denegatur: hinc ob continuum affluxum, idque mediante sanguinis periodo, continuo extumescunt, ca- rumque membranæ extenduntur, om- niaque vascula materia hac viscida replentur: Hæ particulae obstruentes, si acidis & salinis abundant, facile in- vicem crySTALLISANTUR, unde mate- riam gypseam saepe representant.

Novimus porro Hepar maxima ex parte ex glandulosis acinis constare, quibus omnibus obstructis, & alterum tantum extensis, Hepatis molem & pondus auxerunt.

II OBSERVATIO.

Colicus Dolor.

Virgo quatuordecim Annorum, colico dolore atroci laborans cum ventris intumescencia. Dolor iste intra viginti dies eam de medio tollit. Per bi-duum ante mortem, multum sanguinis nigerrimi per anum deposuit.

Intestina multo humore viscido erant exterius perfusa, in eoque frustula casei instar ac varia magnitudine dispersa. Intestina quoque sanguine nigro turgabant. In venis & corde nullus sanguis.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ex humoribus acribus ac viscidis, diu in intestinis hærentibus, sæpe oritur dolor vehemens, qui ab intestino Colo, nomen derivat, vocaturque *Dolor Colicus*. Si humores, ex glandulis intestinalibus manantes, nimiam visciditatem & acrimoniam sibi ex sanguine adsciscant, istas glandulas obstruunt, liquoresque exstillandi acorem contrahunt, intestinorumque

membranas vellicant, doloremque inferunt, & hinc illæ lachrymæ.

Credo Vasa lactea rupisse, candidumque lac per intestina erupisse, ibique ex diutina mora in coagulum mutasse, unde frustula casei. Serum interim à coagulo segregatum aciditatem induit, qua intestina magnopere lædebantur: Hinc non tantum mucus sed & convulsiones, quæ omnia viscera, totumque abdomen intdebant, ut in tympanitide fit. Imo ob vehementes convulsiones, vasa sanguinea, ad rupturam usque ita convellebantur, ut ipse sanguis per ea libere currere haud potuit, unde sanguinis turgescencia, & ob eruptionem, ejusdem ante obitum excretio.

III OBSERVATIO.

*Post longam diarrhæam,
Mors.*

Quidam Scorbuticus post diutinam diarrhæam tandem obiit.

IN Hepatis gibba parte atheroma rotundum & amplum se exhibuit, idque

idque proxime poslicam Diaphragmatis regionem, juxta venam cavam, pugni magnitudinem fere æquans, ac pondere fere unciarum sex: materia continens partim erat fluida & gelatinæ instar pellucida, partim crassa albi pultis in modum. Hepar solito majus, vasa sanguinea intestinorum valde turgebant, & varicum instar dilatata.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Istud *Atheroma* in gibba parte factum, portæ venam ita compressit, ut sanguis Hepar intrandus, regurgitare cogebatur, hinc contra valvulas ita comprimebatur, ut vascula varicosa videbantur: interim Humores à glandulis intestinalibus sequestrandi, majori copia emanabant, quam solet; ob compressionem enim vasorum, vi quasi, ex sanguine exprimebantur; qui ob acrimoniam, quam ex mora contraxerant, diarrhoeam induxerunt.

Hepar erat solito majus, quia ob compressionem, sanguis ex portæ venæ in cavam, versus cor redire non potuit: quâ viâ præclusâ, vasa Hepar perreptantia magis distendebantur, unde & totius molis distensio.

Quomodo atheromata gignuntur
vide paginam 41. ibi egi etiam de Stea-
tomate & miliceride

IV OBSERVATIO.

*Vulnus Diaphragmatis, He-
patis & Ventriculi.*

ANte aliquot annos, generosi ju-
venes, post enata jurgia, (ob
vindictæ scil. gloriam) singulari cer-
tamine decertabant, factumque est,
ut alter alterum sub imam sterni se-
dem, trium digitorum latitudine à
cartilagine ensiformi versus dextrum
latus, gladio perfoderet. Nempe,
cum ille, inclinato paulum antror-
sum pectore, dextrum latus aliquan-
tulum obverteret; mucro pectus ip-
sum haud alte penetrans mox deorsum
in abdomen, & sinistrum versus ad
spinam usque adactus est. Idem ictus
duas sterni cartilagine, in dextro la-
tere discidit; & deorsum vergens, dia-
phragmatis ambitum perforavit; in-
deque, recta tendens, gibbum car-
vumque hepatis, & ventriculum juxta
pylorum, iterum atque iterum perfor-
avit;

rauit; tandemque ensis mucro spinæ
dorsi, paulo subter diaphragma, illi-
sus est. Juvenis quidem primum ani-
mo defectus, mox quæ in ventriculo
erant, sed cruenti nihil, evomit;
& quod mireris magis, licet diebus
septem supervivèret, & interea quo-
tidie vomeret, nihil tamen sanguinis,
toto eo tempore, per os ejecit: per
sedem vero noctu atque interdum in-
gentem coagulati sanguinis copiam,
una cum alvi sæcibus profudit. Quin-
etiam enemata, quæ cum in finem
crebro indita erant, eodem semper
plurimum tangebantur. Mirati itaque
vehementer sumus, undenam san-
guis iste profluerit.

Dissecto autem post obitum corpo-
re, nihil sanguinis in ventriculo ejus
reperitum est. Hujus igitur rei hanc
causam fuisse nunc arbitror, quod vul-
nèra ventriculo inflicta, sanguinem
omnem in abdomen deponerent,
nullum autem in ventriculi cavitatem
infunderent. Idque equidem credo
libentius, quod aliter causa fontica
afferri nequeat, cur nihil sanguinis in
ventriculo repertum, aut per vomiti-
onem ejectum sit; tum etiam, quod
ventriculi venæ inter externas, non
autem internas illius tunicas prore-

pant; unde saltem constat, fieri posse, ut vasa illa foras non autem in cavitatem ventriculi sanguinem suum effundant; denique, quod in cadavere, feri sanguinisque plurimæ libræ in abdomine repertæ fuerint, quorum pars aliqua è vulnere ventriculi (foras non intro stillantibus) promanare potuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quid jam de intestinis dicendum, quæ sanguis grumofus implevit? credendum, quod sanguis in abdominis cavitatem effusus iterum per vulnus prope pylorum inflictum se exoraverit, adeo ut non opus erat in ventriculum descendere: anne etiam ex hepate per ductus bilarios versus intestinalem fistulam, sanguis descendit, facile dicendum esset.

Cui perfecta fuerit Vesica, aut Cerebrum, aut Cor, aut Septum transversum, aut tenue quoddam intestinum, aut Ventriculus, aut Jecur, lethale est.

V. OBSERVATIO.

Abdominis Apostasis.

Ante annos duos laboravit F. lia quædam quatuordecim annos nata Hydrope ab eoque curata fuit: ab illo tamen tempore integra valetudine fructa non est. Incidebat tandem in febrim continuo affligentem: aderat alvus plus debito lubrica, plurima viscida & cruda egebat. Venter denuo intumuit, & aliquando crura. Sic dolorem punctorum per vices in abdomine sentiebat; pressio etiam abdomine, ob dolorem restitit. Venter tumebat, præsertim in ambitu Ventriculi. Tumore pressio, plurimum præsertim in sinistro latere duobus digitis ab umbilico, dolebat, ubi ab initio morbi, dolorem punctorum aliquoties perpeffa fuit. Aperto tumore nullum pus; sed postea non nihil effluxit. Omnibus in pejus ruentibus, obiit.

INteraneis exploratis, in tumoris loco, abdominis muscoli, putredine affecti conspiciebantur, idque ab umbilici sinistra parte, à dextris vero, intestina peritonæo adherentibus.

bant. Jecur flavum, mole sua mediam Thoracis partem replebat; omnia pure & putrilagine non sine gravissimo foetore erant referta. Summa aderat macies in toto corpore.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Pagina 75. idem ferè Symptoma videre est. Pus effusum omnia corripit, omniaque viscera sua mordacitate vastavit: adeo ut per corruptum diaphragma. Hepar Cordi vicinum erat.

De causis Hydropis, Vide paginam 60. & 85.

VI OBSERVATIO.

Cordis Putredo.

Rusticus quadraginta & quinque annis natus, plaustrum feno, onusti eversio- nem ruinaeque in se passus, de pun- torio, simulque gravativo doloris sensu in pectore, nec non de cordis quadam compressione & respirandi difficultate, queritur. Thoracis Vertebrae, quae circumstantiam costarum fracturam contor- ta & luxatae conspiciébantur; levi-
neg.

negotio fuerunt restituta, ipseque ægrotus post quadriduum adeo levatus, ut ad consuetos labores redierit. Verum aliquot elapsis diebus ardenti febrî consistari cepit, cum asthmate, deliratione; vigiliis perennibus, siti maxima, genarumque rubore, & lithymia sibi mutuo succedentibus: ita demum undecima morbi die (cum præsertim à vini usu non abstinuisset) vitam finivit.

A Daperto cadavere, Pericardium pure sanioso scatebat, cui velut immersum Cor, magna sui parte ad utramque potissimum auriculam partim exesum, partim etiam marcidum viscebatur, quinimo contagium supernam sinistri ventriculi regionem jam invaserat: insuper & ab ipso corde, saniosa quædam materia exiliit; pulmo ejusdem labis particeps.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab hoc onere gravissimo, non mirum vascula quædam, internam Pericardii partem, respicientia rupisse: liquor jam stagnans tandem putrefactus, ipsum quoque Cor invasit. Circulatione hoc modo impedita, respiratio difficilis oriebatur, cui aderat

lipothymia, nam vix ulli cerebrales succi ad Cor perveniebant. Sanguine quoque restitante, febris; nam acidum & alcali occasionem habebant mutuo pugnandi. Particulæ acres, cerebrum vellicantes & vigiliam & delirium pepererunt.

De cordis apostemate & putrefactione, vide paginam 93 & 94.

VII. OBSERVATIO.

Ingens Apostema inter Pleuram & Costas.

Puellula quædam, tussiculâ continuâ & difficultate anhelitus vexabatur. Circa undecimum mensem ætatis sub axilla dextra exortus est abscessus: quo aperto, pus copiose per mensem integrum effluxit. exiguum tamen levamen inde habuit. Tandem occluso ulcere, symptomata, veluti tussis & difficultas anhelitus, virium prostratio & nutrimenti fastidium, aucta sunt: ita ut decimo octavo circiter mense ætatis à vita decederet.

Post mortem, inciso cadavere, ingens abscessus sub axilla sinistra & qui

& quidem inter pleuram & costas inventus est, in quo pus copiose reperi-
tum fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Effusum pus ex abscessu, sæpe intra
membranas colligitur, & sacci instar
dependet. Sæpe hoc contingit in cru-
rum ulceribus, si debito loco, aut
tempestive non aperiuntur, pus juxta
musculos descendit, & ulcera fistulo-
sa cudit. Mirum infantem maximo
dolore cruciatam non fuisse, cum,
ut vulgo dicitur, spuræ pleuritidis
species sit.

VIII. OBSERVATIO.

*Lapides in pulmonibus reperti,
& Hydrops Pericardii.*

*Quidam per multos annos asthmate &
tussi laborans, tandem extenuatus
obijt.*

Post mortem ejus, cadaver disse-
ctum fuit, in eoque (præter he-
patis, lienis, aliorumque viscerum
obstructionem ac scirrhositatem) in
pul-

pulmonis substantia lapis prædurus,
& undique asper, nucis juglandis ma-
gitudine, validissima quadam tunica
inclusus, inventus est. Præterea hinc
inde per pulmonis substantiam, præ-
cipue autem circa ramos asperæ arte-
riæ, tubercula plurima adhærebant,
absque ullo tamen ulcere pulmones
inveniuntur: In pericardio item ad
libras duas aquæ continebatur, uti &
in pectore multum ejusdem aquæ in-
natabat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De Calculorum in pulmonibus ge-
neratione vide paginam 59.

Et quomodo ab obstructionibus
Hydrops pectoris & pericardii gene-
rentur, adeat Lector paginam 17.
& 81.

IX. OBSERVATIO.

*Vulnus in pectore, cum Dia-
phragmatis dilaceratione,
& Ventriculi suo loco
amotione.*

Revaliensis quidam, cum Melancholiâ, tentationibusque variis vexaretur; res tandem eô rediit, ut striô gladio mense Septembris latus hauriret infra quartam costam in thoracem adactô, & sub nona costâ exeunte. Quod vulnus tamen intra menses duos sanatum est. Verum accidit, ut, post menses aliquot, iterum de absurdis cogitationibus conqueretur, & postea exeunte Aprili male haberet, & sequentibus diebus primo aquam, & quicquid sibi assumpisset, post viridia, tandem incunte Majo, nigra-quater, eaque magna copia rejiceret vomitu, cum sudoribus frigidis & lipothymia, ac deinde post ultimum vomitum expiraret.

COrpus apertum est, deprehensumque vulnus per pulmones & diaphragma penetrasse, & quidem diaphragma transossu fuisse in parte media tendinosa. Pulmonis fere nihil repertum est in sinistro latere confosso, cum procul dubio cum pure exierit, exigua portiuncula erat collis adnata. Ventriculus totus ascenderat in sinistrum thoracis latus. & cor cum capsula de sede sua depulerat in dextrum latus, ubi & vivus ille jubebat

bat observari cordis pulsum. Cor arefactum erat, copiosa citrina aqua in capsula. Omentum & pancreas totum etiam ferè circa ventriculū computruerat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Causa horum symptomatum manifesta reddetur magis, si inspiciatur observatio, quam pagina tertia descripsimus: pagina item prima, idem exemplum de colo refertur. Vomitus interim fiebat, quia ex ventriculo cibis per pylorum denegabatur exitus. Palpitatio fiebat ob compressum cor, nam sanguis rite circulari nequibat per ejus ventriculos. Sic & omentum & pancreas, ob vasa compressa, sphacelum contraxere, unde earum partium putredo.

X. OBSERVATIO.

Vulnus abdominis cum abscissione cujusdam portionis Hepatis.

Miles è regione Hepatis gladio percussus fuit, ex quo vulnere sanguis ad delirium

quum usque effluxerit. Sistitur Hæmorrhagia ; postea Hepatis frustum forcipe extrahitur ; post ramentum scissima symptomata , optime convaluit. Post tres annos febre continua tandem occubuit.

C Adavere inciso , deerat portiuncula quædam infimi lobi Hepatis , quæ gladio erat abscissa. Cætera viscera nihil culpabile representabant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Vulnera Hepatis , raro sanantur , idque ob vasorum sanguiferorum copiam , præsertim si vasa magna fuerint læsa , tunc enim omnis sanguis in ventrem effluit , & mors insequitur.

XI. OBSERVATIO.

Cadaveris , tabe consumpti , incisio.

Puella quædam , ex parentibus sanis nata , circa undecimum ætatis annum , primo in febrim , ut dicitur , Ephemeram , mox in Hæticam incidit. Hinc cum spatio trium mensium doloribus
rotius

totius corporis, ariditate Lingue, tussiculâ, deglutiendi, respirandi atque loquendi difficultate, sudoribus frequentibus, præcipuè noctu, imò & dormiendo vexata esset, tandem plane extenuata, obiit.

C Adavere aperto, intestina vermibus plurimis infarcta conspiciantur. Mesenterium scirrhum, & hinc inde materia gypsea, uti quoque circum circa venam portæ, relictum fuerat. Hepar in diversis locis tam in parte sua concava, quam gibbâ, steatomatibus scatebat. Hepar mediante materia gypsea tam tenaciter diaphragmati adnatum erat, vix ut avelli posset. Circumcirca venam cavam tam ramum ascendentem, quam descendentem, moles materiæ hujus gypseæ, ad magnitudinem pugni, tenaciter adhærescit, ramosque comprimebat. Substantia lienis materia hæc gypsea undique scatebat. Thoracis vacuum aquâ limpidâ & nonnihil flavescente plenum viscebatur. Pulmonis substantia materia purulenta imbuta, uti quoque steatomatis, nucis vel castaneæ magnitudinem excedentibus, hinc inde referta apparebat. Circa exortum arteriæ asperæ
ex

ex pulmonis substantia mola, steatomatum materia permixta, ovi magnitudinem excedens, inventa est, quæ tam asperæ arteriæ, quam œsophago adhærescebat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Tussicula ex pulmonis mala diathesi orta: læsis enim pulmonum organis, respiratio quoque difficulter peragitur. Sic & loquendi difficultas amissa est, quod steatoma quoddam tracheam compressit. Ita & sanguis debito modo circumduci non potuit, & hinc nutritionis defectus, sanguinisque corruptio, & febris, quæ dicitur Hæctica.

Totum corpus ex malâ diætâ obstructionibus laborasse planum est. Parit & Hepatis valetudinarius habitus, bilis defectum, ejus penuria, visciditates & vermes. Visciditates procreare glandularum mesenterii, Hepatis, Lienis, Pulmonis, aliarumque partium obstructiones: quibus fiaccidat multum acidi, quicquid adhuc volatile erat, figitur in materiam gypseam.

XII. OBSERVATIO.

Hepar & Splen excessivæ magnitudinis.

Mulier quædam jam pridem morbo detenta, sibi persuadebat, foetum mortuum post partum alterius (qui tum post triduum mortuus) per menses quatuordecim in utero remansisse. Id vero, quod ipsam in hac opinione falsa confirmaverat, erat in latere sinistro durities manifesta, oblonga, ac ex inferiori parte rotunda, caput infantis representans, quæ ad ilia usque se extendebat, comprehendens simul regionem umbilici, una cum lateris dextri costis brevioribus.

C Adavere inciso, tantæ magnitudinis Hepar erat, ut lobus stomachum versus sub costis sinistri lateris breviores transgredierentur. Splen quoque immensæ magnitudinis, durus, & in inferiori parte versus ileum rotundus, sanguine nigro plenus, hepatis lobo adnatus, conspiciebatur. Venæ ejus cum arteriis, mediorum pollicis magnitudinem excedebant: vas quod dicitur breve, exiguum, & obstructum erat. MOR-

MORBI ÆTIOLOGIA.

Et Hepatis & Lienis obstructio fuit, quorum extensione, mulier opinione falsa detenta fuit. Hæc immensa utriusque visceris magnitudo, plane ab obstructionibus dependet, sive à morbo, quo olim laboraverat, sive postea hæc symptomata oborta fuerint. Mala sæpe utuntur mulierculæ digesta; acidis plerumque cibos, immodica quantitate corrumpunt, hinc chylus & sanguis corruptus, crassus & inspissatus.

XIII. OBSERVATIO.

*De ingenti mola, & utero
Peritonæo adnata.*

Matrona quædam duorum fere annorum spacio gra vissime utero laboraverat. Ab initio gravidam se esse putabat: omnia enim signa prægnationis aderant. Elapsis tamen mensibus aliquot falsæ hujus prægnationis, peius se habere cepit, mammae flaccescebant, venter vero de die in diem accrescebat, appetitus item prostratus erat, dolores quoque

que totius ventris continui, imprimis vero lateris dexteri, atque e regione renis sinistri tam vehementes, tanque maximi aderant, ut sepiissime maritum suum & adstantes imploraverit, quo Medicum aut Chirurgum accerterent, qui aperto abdomine horrendas illas & crudelissimas bestias expelleret: plane enim sibi persuasum habebat, se gestare bestias. Tandem cum in hac miseria ultra duos annos langueret, aucta febricula, nausea & vigiliis, nullis item usa remediis, evana discessit.

A Daperto abdomine, plurimum aquæ, carnis loturæ similis effluxit. Uterus in magnitudinem ingentem extensus, peritonæo à linea alba usque ad costas breves & renem dextrum, adeo tenaciter adhærescebat, ut vix avelli posset. Ren sinister plane putrefactus conspiciebatur. Hepar undique abscessibus putridis scatēbat.

Utero dissecto aquæ foetidissimæ puri permixtæ, ultra libras sex effluxerat. Mola quoque in conspectum sese dabat, magnitudinem capitis longè excedens, inæqualis, nonnullis quoque in locis dura, atque hinc
inde

inde putrida ac foetida. Utero tenaciter adhærescebat, præsertim parte, quæ dorsum respicit, imo absque dilaceratione uteri avelli atque separari non potuit. Ambo quoque ovaria adeo excreverant, ut magnitudinem pugni excederent, erantque inæquales, dura & ad instar terè uvæ.

MORBI ÆTIOLOGIA

Aqua seu lymphæ, quæ in ventrem effluxerat, ex Hepatis abscessibus, sine dubio, emanavit, cui nonnihil sanguinis admixtum fuit.

Dolores in dextro latere, Hepatis inflammationes & tandem abscessus fuere: in sinistro verò, à putrescente rene sinistro oborti.

Mola quo modo crescat, in institutionibus meis docui. Est nempe ovum, jam jam utero receptum atque à virili instrumento aut alias iterum læsum, sed tamen non ita, quin aliquo modo alimentum accipi possit; hinc indigesta mola & caro quasi fungosa. Sæpiissime figuram cordis retert, quia uteri cavitas trilatera est.

Obstructiones in ovaris, eorum substantiam extenderunt, hinc liquet dolores totum abdomen occupasse. Mirum ejusmodi corpus, tandiu fuisse superstes. K XIV. Oa-

XIV. OBSERVATIO.

Venter Pure plenus.

Juvenis quidam Sutor vix viginti quatuor annorum, cum messis tempore sub ferventissimo sole pluribus diebus messorem egisset, & quadam die propter sitis vehementiam, aqua frigida derepente, sese ingurgitasset, febris continua correptus fuit: ex qua male curatus in Cachexiam incidit, itaque nunc tertiana, nunc quartana laboravit.

Post menses octo, quum ex morbo isto diuturno vires planè prostratae essent, omnesque partes corporis (ventre tamen excepto, qui admodum inflatus erat) imò & ipsa crura, supra modum extenuata essent, e vita discessit.

Dissecto Cadavere, in ventre pus album, bene digestum, & minime foetidum (quale ex abscessibus manare consuevit) inventum est, idque ultra libras undecim Romanas. Ulcus nullum. Splen & Hepar scirrhusum. Reliqua viscera se bene habebant.

MOR

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quantum frigidus potus bibentibus noceat, unicuique notum. Sanguis enim æstuans statim à frigore coagulatur; coagulum illud in hac aut illa parte sedem figens, varia symptomata producit. Primo oritur febris; postea, sanguine corrupto, emaciantur, atque perditum eunt. Mirum hic nullum adfuisse ulcus: ergo credendum hocce purulentum ex vasculis lymphaticis aliunde emanasse; fortè & in interiore jecoris parte pus quoddam generatum & per vascula, oculos effugientia, ejectum fuit.

XV. OBSERVATIO.

*Fetus ascite laborans
dissectus.*

Matrona quedam cacochymica, circa quintum mensem imprægnationis, parturientium doloribus correpta, post maximos & diutinos conatus, gemellos cum multa aqua enixa est, femellam sc. ac masculum.

K 2

Ab-

Abdomen masculi, non secus ac hydropicorum, lymphâ impletum erat. Testes in ipsâ ventris capacitâ refidebant; vasa ad testiculos euntia, solito breviora erant. Vasa deferentia solito longiora. Testes ejusque vasa præter modum rubicunda. Hepar debilio majus, inflatum & aliquo modo lividum. Mesenterium similiter, uti & renes inflammati. Vesica rugosa plane & vacua, præterquam quod humor viscidus ei ad latera, non secus ac in intestinis videre licebat, adhæsit. Cutis undique maculis lividis, quales in febribus pestilentialibus conspici solent, conspersa erat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Exemplum Hydrocephali, alicujus septem mensium abortus, habetis in præcedentibus, pagina decima, quem ipse ante aliquot annos dissecui. In hoc infantulo Hepar abstructum fuisse mihi vero simile videtur. Mater fortè perversâ victus ratione usâ, infantulis abstructio contigit: adeo ut, vasculis lymphaticis ruptis, liquor in abdominis cavum eruperit. Maculas, quibus cutis erat conspersa, ex suffocatione inter parturiendum abortas credo; nam ex difficili partu vasa sæpe
adeo

adeo comprimuntur, ut sanguis huc illuc ire nequeat, interim coagulatur, suoque colore cutim sugillatam reddit. Quoad testiculos intus latentes, lusus est, ut aliquando fit. Novi studiosum, cui etiam antea plane latere, cujus unus testiculus, dexter nisi fallor, Herniâ obortâ, extrorsum trusus est; qui & sanatâ herniâ, extus mansit, cum alter alterius lateris intus manserit. Inflammationem Mesenterii uti & fenum factam arbitror ex aqua jam in ventrem effusa, cujus corruptione vicinæ partes haud raro læduntur. Vesicam intus mucò obliniri facile mihi persuadeo, cum ut intestina, folliculus fellis &c. glandulosi acinis investitur, quorum ope præcaveatur, ne urina acris vesicam mordacitate sua invadat. In suppressa urina iste mucus sæpe vesicæ collum ita obstruit, ut non nisi mediante cathetere mingere nequeas.

XVI. OBSERVATIO.

Ulcus & cancer colli Matricis.

Quædam Matrona, cum bimestri spatio mensium suppressione laborasset, Tandem

dem exortus est dolor & inflammatio partium genitalium. Merbo propter verecundiam neglecto, abscessus & ulcus in collo matricis secutum est. Adhibito matricis speculo, ulcus callosum, feridum, inaequale lividumque, & ut brevi dicam, cancrum inventum est. Postea auctus dolor, aucta febris, inflammatio, Vigiliae, cibi fastidium & syncope, & paucos post dies è vita discessit.

C Adavere dissecto, totum uteri col- lum planè cancrum & exulceratum erat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Menstrua ex sanguine nimis crasso sæpè supprimuntur; fortè fortuna sanguis depluendus in colli vasculis substitit, præsertim in substantia ejus glandulosa; equidem hoc malum aliquando invadit mammas, Glandulas salivales, aliasque partes glandulosas. Interim ibi, corrupto sanguine, inflammatio, cancer & ulcus factum. Cancer nihil aliud est quam glandularum sphacelus, cujus sævitia vicinas partes non raro quoque depopulatur.

XVII. OBSERVATIO.

*Urinæ retentio & Vesicæ
Scirrhus.*

Octogenarius ex nimio recentis vini usu,
suppressione urinae & dolore colico cor-
reptus est, atque ita per duodecim dies
cruciatu fuit. Homo tum in Lecto fe-
bricitans, miris cruciatibus ac dolori-
bus afflictus, viribus quinetiam pro-
stratus, cum ventris tumore magno,
duro tenso, ac retinente, ab osse pu-
bis ad regionem fundi ventriculi, &
hypochondriorum fere usque, gravis
instar, offensus. Fetus adhibetur,
deinde & meatui urinario Catheter im-
missus, cujus ope librae quinque urine
cum unciiis quatuor Romani ponderis
effluxere. Unde allevatio & ventris
subsidentia. Sequenti die eodem in-
strumento nihil emanavit. Hinc denuo
auctus est dolor, ventrisque tensio.
Die decimo tertio librae sex urinae elici-
tae, unde dolor protinus & ventris tensio
cessavit. Decimo quarto à morbo die,
denuo catheteris beneficio urinae librae
sex profluxere. Postridie circa me-
ridiem rursus cathetere immisso, post-
quam librae quatuor cum totidem un-

ciis extractæ fuissent, sub finem circiter uncia integra puris subsecuta est. Alvus interim enemate deposita & allevata. Sub vespeream vero horâ nonâ adhuc semel cathetere in vesicam indito, urina quatuor libræ uti præcedentibus vicibus, quibus semper quoque multum sanguinis effluerat. Decimo sexto deinde die circa meridiem per amissum catheterem, urina libræ quatuor cum uncis sex & cyatho puris pleno, uti & sub Vespeream libræ quatuor & unc. as octo cum pauxillo puris, extractæ. Decimo octavo, urina sua sponte erupit cum levamine, cum æger descendisset, & per horæ quadrantem resedisset. Sequenti die non solum urinam copiosè sed una quoque materiam crassam albam ac fetidissimam excrevit. Hic senex adeo usque restitutus fuit, ut redderet quidem urinam, sed voluntarie. Post septimanas quinque urina per secessum nunc seorsim, nunc vero mixta excrementis, & quidem involuntarie effluere cæpit, neque amplius per penem eam reddidit. Dolor tamen nullus aderat, viresque pro ætate constabant, nec appetitus admodum prostratus. Tandem iussicula sicca correptus, vires & appetitus paulatim ita dimi-

nue-

A Perto Cadavere, scirrhus magnitudinem ovi gallinacci adæquans, unciasque duas pendens, in ipsa vesica, & quidem ante collum ipsius tenaciter adhærens, inventus. Ex cavitate præterea vesicæ, usque in intestinum rectum, ulcusculum conspiciebatur rotundum, procul dubio, ab urina purulenta, & fœtida exesum. Vesica ipsa circa collum, uti quoque intestinum rectum lividum, ren uterque insignis magnitudinis, exterius vesiculis quam plurimis seroso humore scatentibus, apparebant. Hepar denique in parte cava durum & scirrholum viscebatur.

MORBI ÆTIOLOGIA

Urinæ detentio periculosa, imo sæpe lethalis, nam nimia vesicæ distensio paralylin primo, & deinde Gangrænam, sphacelum, imo & mortem ægris adiit. Videtur ægrum nostrum à vini acrimonia, primo laborasse vesicæ inflammatione, qua collum ipsius se dilatare haud potuit, hinc quidquid à renibus segregatum in Vesica manere coactum fuit, inflam-

K 5

ma

mationem deinde in ulcus & scirrhum mutasse. Postea sedatis symptomatibus, urinam involuntariè fluxisse: ac deinde per anum, ob partium viciniam & coherentiam eandem emanasse liquet, nam Vesicæ ulcus facile in anum penetrat in viris, sicut & uteri in mulieribus, quale exemplum in matrona nobili vidi. Nuperime accersitus ad Pharmacopæum, qui ex eodem morbo decumbebat, is per aliquot horas non minxerat, verum, accommodato in urethram cathetere, statim non tantum copiosè minxit, sed & eodem momento non solummodo levatus, sed & sanatus fuit.

XVIII. OBSERVATIO.

*Ex Ischuria & Stranguria
mortuum Cadaver.*

*Senex octogenarius per annum integrum
difficili admodum Ischuria & interdum
Stranguria laboravit, qui & tandem obiit.*

Aper-

A Pertā demortui Vesica, lapis inventus adæquans filicis duritiem, & pendeat nummarii ponderis uncias sex cum dimidia, rediisset hoc ad vulgaris medicorum ponderis uncias fere octo.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Observatio explicatione non indiget, nam per se manifesta est. Quibus enim lapis in Vesica est, iis colūm Vesicæ obstruere necesse est, hinc urinæ præcluditur via.

XIX. OBSERVATIO.

Morbo admodum intricato quedam mulier correpta fuit, nunc enim palpitatione cordis, nunc dolore & torminibus ventris vexabatur: interim appetitus non multum prostratus fuit, ita ut pro more alimenta sumeret, quibus tamen parum nutriebatur. Tussiculā quinetiam, palpitatione cordis, & difficultate respirandi laborabat. Cum circiter annos quatuor vitam sane calamitosam vixisset, ac sceletis fere instar extenuata esset, paulatim stupore & frigore in sinistra manu,

manu, præcipue circa extremitates digitorum, correpta est: Symptomata tamen hæc ab initio tam exigua erant, vix ut percipi possent: nec aderat tumor, multo minus inflammatio, imo nec dolor ullus. Interea tamen extremitates digitorum & tota manus paulatim & absque dolore sphacelata & penitus emortua est. Postea brachium ad cubitum usque, simul & digiti carbonum instar nigri erant, frigidissimi, & ita extenuati, ut ossa vix tenuissima cute obtegerentur; nulla tamen aderat inflammatio, neque dolor; brachium postea feliciter supra cubitum amputatum est: nihilominus tamen circa undecimam horam post brachii abscissionem, gangræna denuo truncum invasit, ita ut paucis post diebus e vita discederet.

C Adavere dissecto, abdomen serosi humoris plenum & extensum erat. Mesenterium steatomatis multis scatēbat. Sub vena portæ, & quidem in ipso pancreate scirrhus admodum magnus conspiciebatur. Hepar durum pallidum, ac si elixatum fuisset, apparebat. Pulmo dextrâ parte materia purulenta ac foetida, sinistrâ vero humore seroso, imbutus erat.

Per

Per totam pulmonis substantiam scir-
rhi plurimi, colore lividi, in quibus
materia nigra, atramenti instar, con-
tenta fuerat, conspiciebantur. Lapi-
des plurimi hinc inde per pulmonem,
diversi coloris, parvi tamen omnes
reperiebantur. Cor sanguine plane
exhaustum, extenuatum, ideoque
valde dimixtum & parvum erat.
Vena pulmonalis in monstrosam am-
plitudinem extensa erat: nam humo-
re aquoso fuit impleta.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ægram hanc sanguinem habuisse
admodum crassum, ex gangrana fa-
ris liquet: non enim ex inflammatio-
ne ortum habuit, sed ex sanguine in
manu coagulato. Est mihi adhuc
cognata, quæ ante aliquot annos san-
guinem suum seroso lacte aliisque a-
cetariis ita corruerat, ut postea in
febrim inciderit, ex cujus frigore,
quo incipiebat, non tantum ungues
nigredine commaculabantur, sed
iste color per integrum annum sub un-
guibus latebat: unde igitur iste color?
nisi à sanguine, ibidem loci, coagu-
lato. Scribit *Thucydides*, cum pestis
Athenis sæviret, præter alia sympto-
mata etiam summas manus, sum-
mos

mosque pedes invasisse: quibus nonnulli amissis liberabantur. Quomodo hoc aliter factum fuisset, nisi ex sanguine coagulato & corrupto, in manibus, pedibusque resistente: & hoc accidit iis, quibus frigidi temperamenti sunt.

Revera nutritionis particeps esse non potuit, quoniam Viscera abdominis omnia obstructa erant, imo ob Hepatis duritiem & scirrhositatem, bilis deficiebat, quæ toti sanguini balsamum existit, eique fluiditatem, corporique optimam *diaphanum* procurat: effluvia etiam à corpore decedentia maximè ex parte à bilis copiâ dependent. Deficiente quoque bile, chylus manet crassus & viscidus, scirrositatesque mesenterii glandulis, lienis item, Hepatis, pulmonis, aliarumque partium adfert: pulmonibus hoc modo obstructis, respiratio impedita fuit, ex humorum acrimonia, eorumque vellicatione tussis excitata, pulmonumque *serositas*, qui & *phthisis* appellatur. Serositates ex sinistra pulmonum parte, nec non ex vena pulmonali, vasis lymphaticis ruptæ fuerunt. Vena isthæc laxioris texturæ est, non ex una membrana, ut veteres voluere; verum industria hujus seculi

Ane

Anatomicorum, eam ex variis tunicis constare, detexit. Hæc venæ pulmonalis tunica admodum laxa, & à reliquo vase soluta existit, in tantum ut ubi vis aperta per totum inflari, & quasi vas distinctum esset, plurimum extendi possit; unde suspicari licuit, hoc ductu peculiari lympham à glandulis substratis secretam reduci: verum obortâ obstructione, eam immensum usque posse distendi, ut in hoc cadavere liquet.

Hinc facile percipiendum est, unde cordis *palpitatio* *originem* traxerit, nempe ab obstructa vena pulmonali: nam in Hydrope hoc, adeo ejus capacitas coarctabatur, ut sanguini per eam via denegata fuerit, tunc reflire coactus cor se immodicè movere debuit. Omnis enim palpitatio fit à causa obstruente circa cor: quotquot mihi contingere cadavera, semper vel Polypum, vel sanguinem coagulatum, vermes, ossificationes, aut simile quid reperi.

XX. OBSERVATIO.

*Capitis Vulnus cum contusione
Cranii lethali.*

Juvenis Vulnus accepit in regione bregmatis sinistri, usque ad os ipsum, quod transversim rimam conspicuam habebat, prope quam de substantia cerebri portiuncula nucis avellane minoris quantitate eximebatur: In altera parte versus posteriora contusio aderat, esse bregmatis dextro versus interiora compresso: hinc vomitus, ingens Hæmorrhagia, convulsiva & affectus soporosis; interdum in dextro latere motus convulsi, in sinistro totalis paralyfis. Deligato vulnere, sensus aliquis per clamorem apparebat, tandem vitam cum morte commutavit.

DEmortuo cranium apertum fuit, ubi vulnus dextræ partis tantum cataneum usque, ad os cranii deprehendebatur: at contusio sinistræ partis tanta esset, ut admiratione omnino dignum, ut animæ facultates eo usque constiterint; tota enim regio bregmatis dextri contusa erat, ut remota

mota cute sua sponte octo ossa separarentur, quorum unus acutius in ipsam substantiam cerebri, per utramque meningem impressum inveniatur: ab hac contusione rima subvulnere prædicto suam originem habebat, & ad auris usque os petrosum in latere sinistro progrediebatur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ob consensum cerebri, mediantibus nervis, cum ventriculo, convulsio, sive vomitus ortum traxit. A concusso cerebro, vasisque disruptis, Hæmorrhagia. Ob cerebrum læsum, succi cerebrales per nervos fluere non potuerunt, hinc obmutescencia, sopor, paralyfis, convulsiones cæteraque Symptomata. Omnem tamen sensum non amisit, quia nonnulli succi in cerebro segregabantur: Verum postea, viribus decrecentibus, cerebroque paralytico, obiit.

Or-

XIX. OBSERVATIO.

*Orbitæ Oculi Vulnus
lethale.*

Rusticus phalange in palpebram superio-
rem oculi sinistri vulneratur, primo
vulnus negligens, sed postero die Chi-
rurgos consuluit præ dolore. Septimo
die coma vigili corripitur, verum po-
stea sensim in somnolentum incidit:
nonoque die obiit.

CRanio aperto, interior orbitæ
oculi in superiori parte punctim
ita læsa conspiciebatur, ut una etiam
officulum in duram meningem lace-
ratam imprimeretur; separata vero
crassa meninge, tenuis meninx etiam
in eodem loco foramen, instar fonticuli,
saniem expellentis, habebat,
sub quo tantus abscessus purulentus
latitabat, ut superior cerebri substan-
tia omnino in pus conversâ videretur,
quo undique cerebri ventriculi, su-
perius & inferius, replebantur.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Statim quidem in soporem totalem
inci-

incidisset, verum ob dolorem vehementem non potuit, ideoque vigili primo comate laboravit: verum postea, ob puris ingruentis copiam cerebrum ita oppressum, uti functionibus suis fungi non potuit, hinc ex Apoplexia, Mors.

XXII. OBSERVATIO.

Uteri Scirrhus in gravida.

Mulier cum intra triduum parere non posset, speculum matricis est adhibitum. Tumor aderat durus & magnus in sinistro latere & regione umbilici tactui retinens; omnibus auxiliis frustra adhibitis, altero die circa vesperam & vita decessit.

A Bdomine aperto, uterus in dextra (sana nimirum parte) disruptus, & infans extra uterum locatus, scirrhusque insignis magnitudinis à fundo uteri incipiens & ad os uteri definens erat.

MOR-

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quid sit Scirrhus, & quomodo generetur, in præcedentibus satis superque dictum est. Uterum fuisse disruptum, propter viam angustam, veri simile est: Si omnia quæ intus latent Medici foris divinarent, cæsarea sectio hic fuisset instituta, ni vires defecissent.

XXIII. OBSERVATIO.

Sanguinis Vomitus ejusque dejectiones.

Vir literatus triginta duorum circiter annorum, qui postquam ante annos aliquot Cachexia hydropica, ad scorbutum inclinante laborasset, restitutus mediocriter tandem cum diu gravitatem hypochondriorum sensisset, in vomitum sanguinis incidit, cum dejectionibus nigris, vesperi summis anxietatibus, & virium jactura supervenientibus: subsequentibus diebus vomitiones ejusmodi cum nigris dejectionibus rejicerantur, cum lapsu virium gravissimo, Postea medicamentorum auxi-

auxilio ad pristinam sanitatem redire visus est. Verum vix semestri complebatur, & ecce, recidivam patitur. portiones sanguinis coagulatas primum, post etiam sanguinem purum evomens, cum dejectionibus, atramentum dilutum referentibus, viribus tandem exhaustis vitæ spiritum exhalavit.

CUM Abdomen aperiretur, jecur scirrhum & lividum, lien satis magnus & sanguinei coloris: Vasa stomachum cingentia, sanguine turgida. Intestina potissimum lata, cum ileo, succo nigricante, atramenti instar, oblita conspiciebantur, quo deterso, vasa intestinalia succum ejusmodi sanguine permixtum effundebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Novimus quod omnis abdominis sanguis per portæ truncum hepar subire debeat, quo obstructo, quid fit? nisi cruoris regurgitatio, adeo ut ob affluxum arterialis sanguinis, iste venalis ita in venis prematur, ut hæc facta, foras in ventriculum & intestina erumpat hinc vomitus cruentus, & excrementa alvi nigerrima. Ob sanguinis quoque stagnationem, lien solito

solito major apparebat; jam per facile
divinandum est unde in hypochondriis
gravitas, partim nempe ab obstructio
Hepate, partim à splenē sanguine
turgido.

XXIV. OBSERVATIO.

Calculus in Vesica fellea.

*Matrona quadam Nobilis, primo flori-
di coloris, & succi pleni, postea de-
florescit, macrescit & marcescit pede-
rentim, per totum fere biennium, car-
ne omni absumpta, usque dum sce-
leton leve à morte fieret.*

A Perto Cadavere, Cor, Hepar,
Lien, Renes, Ventriculus, U-
terus, visa sunt salva & integra omnia.
Tandem cum ad folliculum biliarium
perventum esset, nihil fellis, ast cal-
culum prægrandem & durum contine-
bat, cylindri figura.

MORBI ÆTIOLOGIA.

A nimia bilis crassitie oritur non
tantum obstructio, sed particulæ sali-
næ, ex quibus bilis maxima ex parte
con-

constat, ob quietem, superficiebus suis invicem adhærescere; unde tandem calculus fit. Propter jam bilis, in intestinis penuriam, optimus chylus præparari non potuit, hinc corpus totum succo alibili frustratum, emarcescere debuit.

XXV. OBSERVATIO.

Hydropis dissectio.

Hydropica quædam ab hydropse liberatur, verum in abdomine quædam durities remansit, lapidis instar dura, postea ob inordinatam victus rationem, mensumque inordinate fluentium, suppressionem, iterum in Hydropem incidit, à quo postea obiit.

C Adavere dissecto, multum aquæ profuit. Universa intestina, & ombo-latera, circa diaphragma, multis millibus granulorum referta viscebantur: insuper etiam spacium illud, quod inter intestina & mesenterium, cui annexa hærent, interiacet; mucosum quodam viscido, gelatinæ colorem ac substantiam referente, repletum scatebat. Reliqua viscera (excepto solo pul-

pulmone, qui in locis quibusdam quoque granulis infectus conspiciebatur) omni labe sensibili carebant. Cæterum, dissecta vesica fellea, lapillus, magnitudine nucis juglandis, inventus. Uterus erat flaccidus, sanguine restitante in vasis turgidus.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quid sit Hydrops in præcedentibus satis superque explicavi. Granula illa quæ ubique viscebantur, erant glandulæ minimæ, jam ob aquæ copiam & ex viscido humore obstructions, magis turgidulæ. A viscida bile in vesicula hepatica sæpe, ut ante vidimus, lapilli & arenulæ concreſcunt.

XXVI. OBSERVATIO.

Pili in utero reperti.

Quinquagenaria, mola laborans, obiit.

A Perto Cadavere, Hepar & Lien sine noxa, pulmo vero temputridus. Uterus libras octoginta septem mercatorum æquabat pondere ille autem partim ichore flavo, partim quo-

quoque materia adiposa & oleaginosa infarctus erat, in medio ipsius utero, crines, (aut veluti lana flavescens, & adiposa materia involuta) reperta fuerunt.

Venter cum in-vivis erat, instar prægnantis fœminæ intumuit. Alvus solito segnior.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Memini me quoque ejusmodi pilos ex steatmate, quo mulier laboravit, vidisse : erant quoque citrini coloris. Eorum geneseos ratio, quibusdam admodum obscura videbitur, præsertim illis, qui omnia occulta ad occultas qualitates vel fascinationes dirigunt. Certè res quamvis explicatu ardua, hoc tamen dicam, pilos hosce nihil aliud fuisse quam vascula minima obstructa, quæ variè sibi invicem torta, atque à functione deficiente, pilorum speciem præbuerunt. Novimus venam & arterias umbilicales concreescere, & ligamenti *oedem* acquirere : ita hæc minuscule vascula non ligamentorum, sed ob tenuitatem, pilorum genus referre : pili enim revera non sunt, sed ut dixi, vascula alicujus glandulæ concreta.

L

Pili

*Pili in Ovario Hydropici
repti.*

Mulieris Venter, post puerperium in tantam excrevit magnitudinem, ut circumferentia, ducto per medium umbilici filo, pedes geometricos quinque contineret. Misere per aliquod tempus vixit, tandem triduo ante obitum, rupto umbilico, ultra mensuras octo-decim aquæ effluxit.

A Perto Cadavere, iterum aquæ ultra mensuras viginti effluxit. Præterea Ovarium dextrum ad Ovi anserini magnitudinem adauctum, pilis, materiæ cuidam purulentæ & oleaginosæ commixtis, infarctum fuit; major autem pars pilorum, quasi confusè in globum acta, prædictæ materiæ immixta fuit: multi quoque interiori membranæ tenaciter adhærebant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Causam Hydropis in superioribus explicavimus: ut & de pilorum productione, præcedenti observatione.

Hy-

XXVIII. OBSERVATIO.

Hydrops Uteri.

Virgo quinquagenaria cacochymica, in uteri Hydropem incidit, qui ad triennium duravit.

T Andem post obitum dissecto cadavere, non tantum uterus pustulis, aqua refertis. inventus, sed in ipso etiam abdomine saniosa colluvies foetida subpurulenta ad aliquot heminas deprehensa fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Cacochymia est corruptio sanguinis & humorum, unde obstructions, & vasculorum lymphaticorum eruptiones, hac de causa aqua facile intra membranas effluit, Hydatidesque elevat.

XXIX. OBSERVATIO.

*Hydrope uteri laborantis
dissectio.*

L 2

Fa-

Fœmina alicujus venter instar prægnantis intumuit, subsequentibus etiam pedibus tumore duro, nullas ex pressura foveas recipiente, præditis.

Post mortem Hepar & Lien sine noxa, pulmo semiputridus: uterus exemptus intumescens libras octoginta septem mercatorum ponderavit, partim ichore flavo, partim etiam materia adiposa, & oleaginosa repletus, in medio ipsius uteri cum prædicta materia copiosi pili, instar lanæ mollioris, flavescantis, inventi sunt.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Hujus cadaveris Ætiologiam in duabus præcedentibus observationibus invenies.

XXX. OBSERVATIO.

Ventris intumescencia ex hydatidibus mesenterio adnascantibus.

Femina quadam variis cæpit torqueri doloribus.

doloribus in imo Ventre & Hypochondriis, qui interdum omnino delituerunt, interdum ad lipothymias savierunt. Facies pallore suffundebatur: Venter in tumorem surgebat, sed inaequalem. Postea dolores circa matricem adeo intensos (parturientium instar) sensit, ut accersita obstetrix, vel molam vel simile quid ex utero proditum expectaret. Sed præter aqua effluvia, nil apparuit, & dolores paulatim omnino remiserunt. Interpositis aliquot diebus & tumor ventris, & dolores iterum ausi sunt: usu medicamentorum hæc omnia eo usque cessarunt, ut res domesticas iterum aggredere; tandem cum lanio suum matanti adstaret, subito epileptica concidit, & ea ipsa die vitam cum morte mutavit.

V Entriculus, Hepar, Lien, & Intestina debito modo erant constituta, sic & uterus sanus. Loco vero glandularum mesenterii, vesicæ venulis ejusdem implicitæ & tectæ, uti & toti mesenterio hinc inde adnatæ ultra viginti vesicæ, diversæ magnitudinis, aqua lymphidissima turgentes apparuerunt: quarum una omnium maxima (capitis infantis alicujus mo-

le) se præbuit, & totam matricem contexit. Matrix ut dixi subtus latuit; ab hac maxima sex adhuc paulo minores pugnum æquabant, reliqua ova gallinacea & columbina, quæ omnes inter se connexæ, ova gallinacea partim ad maturitatem producta, partim adhuc varia magnitudine succrescentia egregiæ (*een eijerstok*) representabant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Videmus in hoc & aliis subjectis Hydropem vario modo concitari, nunc expanduntur membranæ hepatis, nunc ventriculi, aut lienis, mesenterii, uteri, aut ipsius peritonæi, quibus expansionibus disruptis humor in abdomen effluit, quod sæpe lethum adfert; aqua enim effluxa in venas redire non potest, hinc ex diuturna mora acorem contrahit, & viscera aquæ huic innatantia, corrumpuntur, nisi tempestivè satis paracentesi aqua extrahatur.

XXXI. OBSERVATIO.

Hydropis dissectio.

Quæ

*Quidam ab aliquo temporis spacio, in
affectum aquosum incidit, qui tan-
dem vitam cum morte mutavit.*

A Perto abdomine, ingens aquæ copia effluxit; jecur erat scirrhum, exuccum & induratum, instar ligni putrefacti, & sano non dissimilis. Vasa mesenterica, glutinosa quasi materia, repleta, circa quæ thrombi sanguinis concreti, quos ad ulnam integram atque dimidiam extrahere potuerunt.

MORBI ÆTIOLOGIA

Credo fuisse Hepar aliudve viscus antea aquulis obsessum, quibus disruptis, lymphæ effluxit. In hoc subiecto satis manifestum est, sanguinem incrassatum & tenacem seu viscidum Hydropi ansam præbuisse: novimus, si ratione & experientia innitamur, sanguinem viscidum & adeo glutinosum, ut hic, minuscule & Hepatis & Lienis vascula non potuisse permeare, unde iis partibus obstructio & scirrhus natus est: ab obstructione vasculorum lymphaticorum extensio, deinde *πῶξις*, & liquoris contenti *ἰσχυρσις*.

Cadaveris inspectio post vomitum sanguinis cum dejectionibus nigris.

Quidam consistentis ætatis, habitu corporis squallido, strigosoque præditus, alvum habens astrictiorem, urinæque tendens saturatè, more scorbuticorum & febricitantium, rubenter; Ructibus ventriculi, sputatione cruentâ, sanguinolentiâ gingivarum per annos aliquot affecit, interim aliquoties alvi fluxu sanguinolento, semel etiam feбри continua, præeunte tumore in inguine, tandemque anno superiori, intumescencia ventris atque pedum hydropica superingruente, prebenditur: postea symptomatibus magis recrudescentibus, quamvis, post medicamentorum usum, se bene sensisset, brumali tempore subito vomitu cruento, cum dejectionibus nigris, picis instar correptus, perque triduum continuante, tandem è vivis ereptus.

A Bdomine demortui aperto, erant Ventriculus & Intestina inflata, nec

nec non nigricantia , interius atramento , quasi tutorio , oblinita : Renes & Pulmones se bene habebant : jecur totum scirrhosum ac tuberosum interius atque exterius erat , nec quicquam vasorum aut sanguinis exhibebat . Lien vero triplo major , quam ordinario esse solet , optime sanus conspiciebatur , texturam jecoris colore saturatè rubeo , nec non substantia carnosâ referens . Mesenterium satis glandulosum ac tuberosum atque crassum occurrebat , vasisque mesentericis planè evanescentibus .

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ob sanguinem depravatum succi in ventriculum & intestina debito modo instillari non potuerunt , unde pravus chylus , quo corpus nutrire haud potuit , quam ob causam macies inducta est .

Alvus fuit astricta , non tantum ob causam superiorem , sed quod ob corruptum hepar , bilis admixtio cum chylo & sæcibus denegata sit : cum porro particulæ bilem constituentes in sanguine remanere debuerint , cumque eo diutissime circulum absol-

L 5

ventes.

ventes, tincturam urinæ adduxerunt solito saturiorem.

Ventriculus & intestina flatu turgabant, ob convulsiones, quibus expandebantur; cum interim aliquando relaxabantur, aër antea inclusus vi exprimebatur, unde ructus.

Sputatio erat cruenta, ob gingivas à scorbutica saliva exesas.

Ob hepar scirrhosum & induratum, sanguis, ejus texturam pervadere nequivit, unde sanguinis stagnatio, quare versus mesenterium & lienem turgens, non tantum vascula splenica immensum usque dilatavit, sed & ob compressionem advenientis sanguinis, in intestina effusus est, unde dejectio cruenta & nigra.

XXXIII. OBSERVATIO.

Anasarca & abscessus internus.

Nobilis femina vidua, per multos annos pedem graviter ulceratum & fontanelam etiam in altero pede habuit. Horum diuturna molestia defessa per Chirurgum consolidari curavit, quo facto

statim spirandi difficultas occupat, & appetitu edendi non dejecto, imo, ipsa dicente, jam vegetiore reddito, ita ut desiderio indulgere, ob asthma, nunquam ausa fuerit. Tandem totum corpus intumuit, & asthmate aucto, viribusque diuturnitate fractis & attritis, vitam reddidit.

IN hujus post mortem latere sinistro, ad lienis situm, abscessus, quem omnium cum admiratione occultum habuerat, apertus inventus est, ex quo, defuncta jam ipsa, magna foetidissimæ saniei copia effluxit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Sunt perplurimi, & nomine & superficie nasuti Medici, qui causam hujus asthmatis & ulceris occulti, fontanellæ aut ulceris consolidationi imputarent: quod revera non est, & quis solummodo consideret, fontanellam, esse aliud nihil, quam ulcus artificiosum, cujus puris evomitur non ab omni parte corporis corrodat, sed in ipso hoc ulcere produci, à succo nempe chyloso, ex vasculis in ulcere ruptis, emanante, & ob acoris contractionem, coagulante. Sunt certè cæci, & talpis terram ro-

L. 6

stro

stro evertentibus cæciores, qui hoc non animadvertunt.

Unde ejus ulcus in altero pede ortum duxit? nisi ab humoribus eodem in loco restagnantibus, unde inflammatio & ulcus: vascula interim lymphatica, continuo lympham reddentia, ulcus, ne ad consolidationem duceretur, perpetuum produxerunt.

Eandem ob restagnationem, ulcus in latere sinistro, productum; eademque causa pulmones reddidit obstructos, aerique spirando minus permeabiles, unde respirandi difficultas & asthma.

XXXIV. OBSERVATIO.

Post Lithotomiam Cadaveris inspectio, in quo etiam Vescula felle calculis laborabat.

Generosissimi cujusdam e Vesica calculus extrahitur duarum unciarum pondere. Sed vix iusta, convenientique modo reponitur ager, & ecce, dolores pungentes circa regionem vesicæ subortuntur.

tur, eo usque ut nox prima post sectionem laboriosa satis esset. Tandem una cum urina sanguinis in Vesica concreti per vulnus rejiciuntur, quibus re-jectis, nox quiesca magis subsequitur: postea ingravescentibus magis sympto-matis, viribus attritis, succubuit.

Vesica fellea copiosa bile referta calculos continebat numero tri-ginta, quorum unus instar castaneæ nucis, coloris subflavi: alter instar nucis avellanæ. Vesica justo crassior erat, & una cum intestino recto sphacelo correpta.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Obit ab inflammatione & harum partium sphacelo. Liquebat cum plurimis particulis acidis abundasse, nam hanc ob causam bilis fuit putrefacta, quod alias factum non fuisset, si bilis copia sua acidum superasset: ex vulnere igitur illato, acres illi humores membranosis partibus convulsiones intulerunt, unde dolores isti pun-gentes oborti sunt. Vasis quoque magnis dissectis, causam quoque sphacelo inducendo præbent: omnes enim totius nostræ machinæ partes, conti-nuo sanguinis & succorum affluxu &

XXXV. OBSERVATIO.

*Apostema in glandulis sub-
axillaribus.*

Quidam nobilis annos natus quadraginta
& quatuor, gracilis, pallidus, ad
iram promptus, & per multos dies
versatus in locis, ubi erant cadavera
inhumata, conqueri cepit, quadra-
ginta circiter diebus, de dolore brachii
sinistri, ab indicis punctura suborto,
ac deinde sub axilla glandulose sub-
stantie communicatis, ubi & tumor
non magnus, sed profundus, & dolor
subortus est talis ac tantus, ut febris
occasionem dederit, diu duranti, imo
pluriter repetenti, necdum cessanti,
sommumque ademerit, nec non motum
totius brachii tantum, sed totius cor-
poris impediverit, unde & virium
labefactatio & corporis macies. Tan-
dem circa vigesimum diem, tumore
suppurato, abscessuque disrupto uncia
viginti saniei subcruentæ, liquida,
fætida inde effluerunt. His denique
Sym.

*symptomatis mitigatis, supervenie
diarrhœa materiæ flavæ, & ad nigre-
dinem vergentis, modo cum sanguine,
modo cum pure.*

A Perto corpore, inventi sunt pul-
mones putridi, semicorrupti,
ex vario colore nigricantes: jecur to-
tum quasi in Apostema conversum:
omnia denique viscera putrilagine
erant infecta.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Non tam à læsa axilla, puncturave
obiisse eum crediderim, quam ab in-
fecto, à cadaverum fœtore, sangui-
ne; continua enim respiratione par-
ticulas è cadaveribus emanantes ex-
hausit & hoc ostendunt satis pulmiones
purulenti, cæteraque viscera putrila-
gine infecta.

XXXVI. OBSERVATIO.

*Steatoma Omenti
monstrosum.*

*Figuli cujusdam uxor tantum ventris
tumorem habebat, ut ascitem inge-
nua.*

tem mentiretur. Molem hanc ventris per aliquot annos foverat, & pedetentim auxerat, eo usque ut ponderis illius extensione non solum doloribus variarum partium consumeretur, sed in super compressione pectoris & diaphragmatis tandem exstingueretur.

Intestina juxta dextrum latus accendebant, quibus remoti tumor ingens propria tunica, satis crassa, totam abdominis capacitatem implebat, libras quinquaginta & sex adæquans: adhærebat ventriculi fundo, partibusque circumjacentibus. Continebat materiam adipi similem, partim glandulosus fuit, partim quoque scirrhusus: verum in medio cavitas foetida, sordidaque sanie repleta fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De Scatomatum genesi vide paginam 39. 41. 153 & deinceps.

XXXVII. OBSERVATIO.

Tumentes Mesenterii Glandulæ.

TAL. 1

Puer

Puer octennis, ab alio quodam puero baculo circa lumbos percussus, aliquot diebus post malè habere cepit, qui tamen elapsis quibusdam septimanis, tabe consumptus est.

V Entre aperto, glandulæ mesenterii non tantum tuebant, sed etiam scirrhosæ & ita conglobatæ erant, ut duorum pugnorum magnitudinem superarent. Cætera viscera sine culpa.

MORBI ÆTIOLOGIA

Hac percussione fortè quidam nervi intercostales per mesenterium excurrentes, læsi fuerunt, unde motus impeditus; glandulæ interim chylum suscipientes, sese versus chyli receptaculum exonerare non potuerunt, ideoque ob stagnationem, chylus acorem contraxit, particulæque caesæ eas non tantum obstruxerunt, verum earum molem auxerunt.

Hy-

XXXVIII. OBSERVATIO.

Hydropicæ Anatome.

*Ancilla quædam per aliquot tempus
Hydrope laborabat, à quo tandem
obiit.*

In Spectis interaneis, erant ovaria
in utroque latere non solum tumi-
da ad magnitudinem capituli recens
nati puelli, sed etiam livida, quasi
fungosæ & Hydatidibus disruptis ob-
fessa.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab obstructionibus lymphæ cursus
non raro præpeditur, unde membra-
narum distentio, elevatio, & ruptio.

XXXIX. OBSERVATIO.

*Hydropicæ Anatomica
Inspectio.*

*Mulieris Hydropicæ abdomen in tantum
excrevit, ut ulnæ quadrantis altitu-
dinem.*

A Perto, post obitum, abdomine,
multum sanguinei feri fœtentis
erupit. Cum peritonæo putruerat o-
mentum. Intestina versus dextrum
latus erant protrusa; sinistrum ubera
tim aqua fuit refertum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

In superioribus, quæ de Hydrope
docui, inspiciat Lector.

XL. OBSERVATIO.

*Inspectio Cadaveris subito
à Lingua Bubulina
suffocati.*

*Iuuenis quidam clam & nimis festinanter
frustum Bubulinæ linguæ devoravit;
Verum ob imprudentiam bolus non in
œsopharum illatus, sed in Tracheam,
à quo statim suffocatus fuit.*

P Ossea cum cultro Anatomico ex-
panderetur, frustum ipsius linguæ
inter

258 STEPH. BLANCARDI
inter cartilagine[m] epiglottidem & la-
ryngis rimulam se insinuavit, totam-
que fistulam respiratoriam obturavit.
Pulmones erant lividi & flaccidi, sic
& facies plumbea.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Varios novi, quibus eadem fors
contigit, nuperrimè in infante à faba,
& in Mercatore à pisco majori seu Ro-
mano. Obturata fistula respiratoria
aër pulmones intrare non potest, un-
de sanguinis quies & suffocatio. Mi-
rum non est pulmones & faciem
plumbeo colore livescentes fuisse,
cum ob impeditam respirationem
sanguis statim coaluerit. Ex obstru-
ctione enim illa factum est, ut nervi,
tendines & fibræ musculosæ in officio
debito impediabantur, per conse-
quens quoque pulmones, eorumque
vasa à motu ordinario cessarunt, un-
de suffocatio.

XLI. OBSERVATIO.

*Anatome Steatmate
laborantis.*

Cub

Cuidam à longo tempore moles in inguino
succrevit: tandem plurimis doloribus
vexatus, urina supprimitur. Tume-
bat sinister pes: tandemque è vivis
excessit.

A Perto abdomine prope Vesicam
in sinistro latere Steatoma erat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

A Steatmate Vesicæ collum fuit
compressum, unde urinæ exitus de-
negabatur: urina Vesicam distendens
dolores peperit, imo crus tumebat,
ex eo quod vasa lymphatica, in ingui-
ne excurrentia, adeo comprimeban-
tur, ut lymphæ versus ductum thora-
cicum ducere nequirent.

XLII. OBSERVATIO.

*Anatome alicujus subito
morientis.*

Quidam de doloribus in abdomine ad ju-
gutum descendentibus à longo tempore
quæstus; præsertim cum cibum sume-
ret. Is subito expiravit.

Omen-

O Mentum habebat putridum, cui foetor aderat. Ingens erat Hepar, totumque fere abdominis capacitatem implens. Lien exiguus. Hinc inde in abdomine Vesiculæ flatibus distentæ. Exucci pulmones lividi, & versus gulæ regionem inflammati. Cor solito majus.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Pulmonibus obstructis, respiratio nec sanguinis periodus liberè peraguntur, quarum quiete homo suffocatur. Non mirum quoque illum de doloribus conquestum esse, cum Omentum computruerat, quod ob nervos intercostales sensibile est.

XLIII. OBSERVATIO.

Ossiculum in Corde reperitum.

*Valetudinarius quidam putabat sibi in pratis animalculum quoddam per os irrepsisse, & exinde tormina cætera
que symptomata subsequuta fuisse.*

Prope

PRope lineam albam livida quædam excreſcentia erat. In abdomine paucum feri non graveolens erupit. Omentum parvum. Hepar prægrande. Folliculus fellis ſeroſa bile diſtentus. In Thorace multum lymphæ effuſum. Pulmones maculis lividis variegati. Cor erat firmum, magnum & ponderoſum : capacitas dextræ auriculæ plus ſolito capax. Arteria ad finiſtrum ventriculum erat putrefacta.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Adeat Lector ea, que de petrificatione in ſuperioribus diximus, nam inutilis repetitio tædebit.

XLIV. OBSERVATIO.

Scorbutici Anatome.

Scorbuticus quidam violenta morte obiit.

IN ejus Cadavere, cultro anatomico, expoſito, erat omentum putridum. Renalis glandula finiſtra admodum longa & capax. In cordis
vena

vena pulmonali valvulae erant cartilagineae. Prope falcem in capite erat excrescentia cartilaginosa pisi majoris magnitudine: Ventriculi lymphamadidi.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Eadem hic valet ratio ac in observatione suprema.

XLV. OBSERVATIO.

Vermes in Cerebro.

Post curatas variolas, incidit quidam in capitis dolorem immensum, qui & tabe confectus, obiit.

A Daperto cranio, varii in cerebro vermiculi inventi sunt.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quomodo Vermes in corporibus nascantur, in superioribus, nisi fallor, satis superque explicuimus.

XLVI. OBSERVATIO.

Vulnus Cordi inflatum.

Studiosi duo, altercationibus subortis, culeros stringunt, unde unus inter tertiam quartamque costam vulnus alteri sub sterno infixit. Læsus non tantum domum ivit, sed fere ad quinque dies supervixit.

C Adavere aperto, Cor obliquo & angusto foramine læsum fuit.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Non mirum læsum per aliquot dies superstitem, cum omnis sanguis, ob angustum vulnus, non potuit tam cito elabi, verum si amplum & magnum fuisset, statim animam creatori reddidisset.

XLVII. OBSERVATIO.

Îterici & Splenetici Cadaveris inspectio.

Homo facie îteritia à multis annis tumore
M

in sinistro Hypochondrio laboravit cum dolore intermittente. Tentatus interdum dysuria, nonnunquam vomitu materiae nigrae. Postea emaciatius obiit.

Intestina, præter solitum, flava. Vesica fellea præter serosum humorem variisque lapillis ac grumis nihil continebat. Lien immensa molis, libras medicas quinque facile superans: Renes nigri, in pelvi sinistra aliquatulum putis.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ingens splenis moles fuit causa difficultatis urinæ; Vesica enim urinaria pressa, urina reddi non potuit, hinc dysuria. Ob ipsius visceris obstructionem, sanguis, qui alias ex ventriculi tunicis in splenis ramos transit, regurgitans, in ventriculum erupit, unde vomitus nigri. Vasa enim splenica etiam, ut de vesica dictum, premebantur. Quid de icterico vultu dicendum, lapillisque in folliculo fellei inventi, superius diximus.

XLVIII. OBSERVATIO.

Anatome Hydropis Thoracis.

Vir quidam aliquando febricula & tussi infestatur : hæc omnia tempore in pejus ruere cæperunt, adeo ut ob suffocationis metum, erectè sedere coactus fuit. Viribus interim deperditis, obiit, postquam à longo tempore ætate laboraverat.

T Horace aperto, ingens aquæ fætentis copia effluxit, pulmo sinister putridus. Splen quoque multum puris continebat. In arteriæ magnæ initio, quidam sanguinis grumi aderant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

A corrupto pulmone, respirandi difficultas; cor si sanguinis quantitatem sufficientem ex pulmonibus obsessis non accipiat, sese debito modo non expandit, nec contrahit, unde & pulsus defectus, præsertim si arteriæ à sanguine grumoso obstruantur. Ob pulmonum quoque corruptelam, vasa lymphatica rupta sunt, ex quibus liquor emanavit, qui à fœtentibus

M 2

bus

XLIX. OBSERVATIO.

*Cujusdam à Veneno interempti
Anatome.*

*Theologus quidam nocturno tempore in-
gentibus doloribus circa umbilici re-
gionem torquetur , medicamentis fru-
stra sumptis , à veneno , quod ex im-
provviso sumpserat , obiit.*

INspecto cadavere , erat abdomen
cum genitalibus admodum infla-
tum : ventriculus & intestina variis in
locis perforata , adeo ut contenta in
abdomen effluerant.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Qui novit venena corrodere , faci-
le percipiet , unde dolores isti inge-
ntes , & ventriculi intestinorumque
erosio & perforatio.

L. OBSERVATIO.

Tabidis Anatome.

Quidam Tabe consumptus vitam cum morte mutavit.

E Piploon fuit gangræna corruptum & prope consumptum. Ren dexter non tantum calculum continebat magnum, sed & putridus erat. Sinister erat lividi coloris. Hepar scirrhis putridisque tuberculis & abscessibus plenum, lien livefcebat: sic & intestinorum genus decoloratum, imo mesenterium consumptum, adeo ut præter glandulas corruptas, fere nihil remanserat. Pancreas scirrhusum. Pulmones ambo pure referti, varisque maculis conspersi.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Adhæsy ferè est, aliquem in vivis manere, cui corpus & sanguis est corruptus: obstructions hic nullibi sunt exclusi, unde scirrhi, gangrænae atque puris nidi. Diutius quidem in explicanda hac observatione vacarem, verum si Lector retro eat, eandem explicatam inveniet.

M 3

Urer 9

LI. OBSERVATIO.

Uteri excrescentia gangrænosa.

Mulier quædam ab aliquo tempore circa uteri regionem acerbissimis tentatur doloribus, adeo ut se mille modis torqueret: postea vitæ exuvias deposuit.

INspecto abdomine, uterus ab excrescentia carnosâ & gangrænosa ad magnitudinem capitis puerilis intumuerat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Quæ de excrescentiis alias diximus, videantur.

LII. OBSERVATIO.

Cerebri abscessus.

Sex annorum puero ex fenestra baculus in bregma sinistrum perpendiculariter decidebat, unde non minima cranii fractura. E foramine istius ossis par-
vo,

vo, cerebrum, quasi funosum quid, sensum elevabatur, quod sponte statim decidit. Post varias convulsiones & symptomata decimo & quinto die è vivis excessit.

A Pertio cranio, ad corpus callosum cerebrum fuit consumptum, & pure plenum.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Cerebri vulnera sæpe lethalia, præfertim si altè penetrent, ut hic vidi supremo anno duodecim annorum puellam, cui ex alto in dextram frontis partem harpago deciderat, altè penetrans, ex quo foramine ipsi capilli extrahebantur, qui una cum harpagine in cerebrum erant illati; sed post aliquot temporis spacium plane restituta fuit.

LIII. OBSERVATIO.

***Gonorrhœa laborantis
dissectio.***

Quidam ab aliquo tempore gonorrhœa laborans, nescio à quo morbo obiit.

M 4

Post

Post dissectum cadaver in prostatico
ulcusculum quasi inventum est.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Certum est succum, quem pro-
statæ segregant, aliquando in pro-
statis stagnari, præsertim à coitu
virulento, unde ulcuscula: in iis,
qui à longo tempore curati fuerint,
semper idem cicatrices reliquæ testan-
tur.

LIV. OBSERVATIO.

Phthisici & Hydropis dissectio.

*Quidam post nimiam vini ingurgitatio-
nem in tussim vehementem incidit,
adeo ut sæpe suffocationis esset metus:
postea pedes valde intumere. Ingra-
vescente tandem dyspnæa: spolia vi-
tæ exiit: in dextro latere semper
decubuit.*

IN aperto corpore hæc inventa
sunt. Jecur scirrhum & plumbei
coloris Lien flaccidus & debito ma-
jor. Ren lateris dextri calculo cum
arc-

arenulis plurimis fuit obfessum.

Auricula Cordis dextra sanguine grumoso targebat. Pulmones exucci & lividi. Intra membranam pleuræ & pulmonum serum acre & mucus inventus.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De Phthisi & Hydrope superiora vide.

LV. OBSERVATIO.

Pancreatis Suppuratio.

Nobilis quidam in febrim incidit, cui aderat dolor circa dorsum & lumbos, Tremor item totius corporis ac fluxus hæmorrhoidalis: omnibus tandem ingravescens, delirus obiit.

IN abdomine Pancreas fuit suppuratum; viridi & acri pure referum. Putrilaginem quandam pulmones continuere: cerebrum liquori acri & subvirescenti innatabat.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De dolore è lumborum & dorsi regione,
M §

gione , manifestum est fuisse Pancreas, primo inflammatum & deinde suppuratum. Tremor totius corporis venit à particulis irritativis , quibus liquor subviridis , cui cerebrum innatabat, erat imprægnatus: irritatis quippe meningibus, cæteræ quoque membranæ totum corpus investientes , eodem tremore tentantur.

LVI. OBSERVATIO.

*Osculum in Corde
reperitum.*

C Adavere alicujus nobilissimi viri dissecto, in cordis sinistro thalamo osculum triangulare reperitum. Folliculus quoque fellis calculis turgens, ut & renes.

MORBI ÆTIOLOGIA.

De hisce superius satis superque dictum.

Anna

LVII. OBSERVATIO.

*Anatomia suppressa urina
laborantis.*

Quinquagenarius postquam per aliquot horas equo insederat, in suppressam urinam incidit, cui mox febris comitata cum singultu continuo, tumore & dolore circa inguina. Cathetere immisso venter detumuit, dolorque sedatus est; verum in vesicæ collo obstaculum quoddam inventum est. Omnibus remediis frustra adhibitis, tandem fatis cessit.

D Issecto abdomine duo tubercula in orificio vesicæ erant, magnitudine ovi columbini, substantia glandulosa: vesicæ collum gangræna invaserat.

MORBIÆTIOLOGIA.

Interiorem Vesicæ faciem glandulisque investitam, in Anatomia mea Reformata satis superque ostendi: porro quomodo glandulæ minimæ in incredibilem molem excrescant, etiam in superioribus dictum est.

Vomica in Mediastini intercapedine.

Juvenis quidam in tribus prioribus costis brevibus graviter percutitur, unde flatulencia quædam œdematosa, deinde gangrena & caries secuta, ac postea mors.

A Perto Thorace in Mediastini intercapedine multum puris continebatur. Similisque vomica ossis sterni interiori parti adhæruit intra pleuram, ubi Mediastinum affigitur: ita ut una cum altera commune iter habebat.

Abdominis quoque Viscera multo pure madida.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ab illato ictu plurima, procul dubio, vasa lymphatica rupisse credendum, unde lymphæ intra membranas effuso. Lympha interim concretescens, puris præbuit materiam.

LIX. OBSERVATIO.

*Apoplectica Steatotate uteri
laborans.*

*Apoplectica in Paralyfin incidens postea
moritur.*

Diffecto cadavere hæc apparere.
In pelvi renis dextri calculus succre-
verat cum arenulis.

Exterius ad uteri fundum Steatoma
erat nucis juglandis magnitudine : fi-
mili quoque materia interior uterica-
vitas erat obducta : hinc quod per
multos annos infæcunda manserat ,
causa petenda.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Concretus sanguis cerebri ventri-
culos implevit.

LX. OBSERVATIO.

Pectoris Hydrops.

Quidam repentina morte è vivis ereptus.

M 7

Apert

A Perto thorace, inferior dextri pulmonis pars erat consumpta, superflite tamen exteriori membrana, valde increffata, intusque materia fe- bacea oblita: fupra diaphragma in- gentis molis hydatides fuccevere. Sinifter pulmo lividus erat. Cordis ventriculi atro fanguine turgidi.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Hujus repentina mortis caufa fuit fuffocatio, nam fanguis in corde ob craffitiam reflagnans, pulmones aëre impleri non amplius potuerunt, unde quoque fanguinis circuitus de- ficientia.

LXI. OBSERVATIO.

Phthifical Cadaveris Infpectio.

P Ulmones exucci. Auricula cor- dis dextra fanguine coagulato tur- gida. Hepar fcirrhofum: Thoracem & Abdomen multum liquoris fubflavi madebat. Pancreas durum: cætera viscera flaccida.

Offo

LXII. OBSERVATIO.

Ossa Diaphragmati accreta.

Quidam diu de dolore è regione Hypochondrii dexteri questus est, qui & tandem emaciatus obiit.

INspecto abdomine, Hepar, qua parte Diaphragmati cohæret, abscessum habebat, ac Diaphragma in eodem parte os durum, & exterius cartilagine obductum.

LXIII. OBSERVATIO.

Epileptici Anatome.

Adolescens ipso Paroxysmi tempore moritur.

Ventriculi cerebri valde fuerunt compressi, adeo ut nulla cavitas poterat conspici. In suprema cerebri parte nonnihil sanguinis erat concreti.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Ventriculi ita fuerunt extensi, quia
totum

totum cerebrum convulsionibus fuit inflatum & turgidum. Hanc ob causam vasculum quoque sanguineum rupit, unde & sanguinis effusio.

LXIV. OBSERVATIO.

Phthifici Anatome.

Habitu quidam pinguiori, annis abhinc binis admodum macilentus fit, ita ut cutis vix ossibus haberet, atque sic tandem in Phthisin incurrit. A prima hujus morbi instantia vox adeo interceptabatur, ut vix particula affirmativa aut negativa effari potuerit. Ante sex menses ex tumor infra mentum succrevit, quo nihil cibi solidi per œsophagum deglutire quiverit, sed potulentis sese per aliquod tempus sustentavit, donec ob vires deperditas ad plures abierit, evanescente tamen prius tumore.

Pulmones adeo leves erant & spongiosi, ut vix plumam cederent: paucum sanguinis continebant, ex eorumque vasis purulenta quædam exprimebantur. In larynge nihil tumori simile repertum. Omen

Omentum pene consumptum. Intestina inflata & vacua. Ileum fuit nigricans. Hepar luridi coloris. Biliis solito obscurior.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Membranæ circa mentum fortè inflatæ fuerunt, unde tumor, quo & cibi deglutitio & loquela impediébatur. Nam si adfuisset Steatoma, illud non tam facile evanuisset. Cætera de Phthisi superius dicta.

LXV. OBSERVATIO.

Mulieris cujusdam Cadaveris inspectio, quæ prægnans falsò habebatur.

Laborabat Mulier quadam Ventris ingenti tumore, adeo ut ab obstetrico prægnans judicabatur; tumor interdum remittebat, aliquando augebatur. Menstrua debito tempore excrevit. Postea ingentibus doloribus tor-ta, obiit.

D Isecto cadavere multum sanguinis aquosi effluxit, implens non tan-

tantum abdomen, sed & Thoracis
cavitatem: Venæ omnes evacuatae.
Omentum putredine consumptum.
Tenuia intestina protuberantia arctis-
sime inter se cohærebant. Ventricu-
lus, Jecur, Splen, cæteraque huc
spectantia eodem quasi vinculo con-
nectabantur. Ingenti pinguedinis co-
piâ membranæ adiposæ propendebant,
adeo ut crassa intestina planè eadem
tegerentur. Ventriculus adeo den-
sus fuit, ut ferè cartilaginis duritiem
æquabat, supraque janitorem emi-
nentiam acutam habens. Hepar in-
gentis fuit molis, scirrhusum. Par-
vus fuit Lien, pinguedini immersus.

Dextra thoracis pars, eodem san-
guine aquoso & grumoso plena. Pul-
mo vix pomi magnitudinem æquabat,
verum sinister præter solitum am-
plus.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Procul omni dubio in utraque ca-
vitate vasorum ~~ferè~~ fuit, sive à vene-
no, sive à pondere pinguedinis aut a-
lias, difficile erit judicatu.

Dis-

LXVI. OBSERVATIO.

Dissectio Cadaveris febris maligna denati.

Febris erat ita ardens, ut viscera omnia comburere viderentur.

Dissecto Cadavere, Viscera omnia nigra & quasi sphacelata inventa sunt. Ventriculus vix tangi potuerit, quin in frustra discederet.

MORBI ÆTIOLOGIA.

Diximus sæpè febricitantium sanguinem valde esse inspissatum, quod præprimis in hoc subiecto liquet, cum sanguis viscera perreptans coa-luerit. Idem ostendunt maculæ cutaneæ, à coagulato sanguine concitatae.

LXVII. OBSERVATIO.

Anatome Diarrhææ laborantis.

Puellula quædam bono corporis habitu prædita, enormi corripitur Diarrhæa, postea nonnihil remittens, & tandem cum vomitibus recrudescent. Fuit in dextro hypochondrio durities, aderant sitis, pervigilia, dolor capitis, stercora alba, & virium prostratio. Denique Epileptica obiit.

A Cervice ad dorfi finem spina erat nigra. Ventriculus aliquo modo nigricans & putrida, humorem continens viridem : jecur scirrhum. Folliculus fellis nigricante bile turgidus. Cerebrum ingens aqua innatans.

MORBI ÆTIOLOGIA

Videtur fuisse species alicujus febris malignæ, cui cætera symptomata concomitavere.

LXVII. OBSERVATIO.

Hydropici Dissectio.

A Bdominis cutis maculis lividis decolorata. Multum aquæ ex aperto abdomine effluxit, vario colore

lore distinctum. Omentum putrefactum. Intestina inflata. Pancreas consumptum, ejusque nullum vestigium. Vasa mesenterica materia glutinosa turgida. Hepar cineritii coloris. In Pericardio aqua scetebat. Cor exuccum. Sanguis in vasis majoribus aquosus. Pulmo flaccidus & purulentus.

LXVIII. OBSERVATIO.

Alia Hydropis Dessectio.

I Ntra peritonæum plurimum aquæ continebatur. Hepar flaccidum. Omentum fere consumptum.

LXIX. OBSERVATIO.

In Ventriculo Pustula.

Quidam post febrem ardentem, & medicamenta frustra adhibita, fatiscit.

O Mnia post obitum optima quidem disposita fuissent, si ventriculus

LXX. OBSERVATIO.

Intestinorum Phlogosis.

*Quidam dolore colico, febre & ardore
vehementissimo afflictus, moritur.*

Hepar in Cadavere inflammatum
& gangrenatum. Intestina &
Ventriculus maxima quoque ex parte
inflammata.

LXXI. OBSERVATIO.

*Hæctica post Diarrhæam
Anatome.*

Hæctica post Diarrhæam, obiit.

Post mortem, Viscera flaccida:
Vomica in pulmonibus: in Me-
senterii glandulis atheromata & puru-
lenta, Hepar exuccum.

Post

LXXII. OBSERVATIO.

Post lentam Febrim Anatome.

Ex febris lenta & respirandi difficultate,
cum deliriis, quidam vitam amisit.

Pulmones lividi & exucci. Lien
plumbei coloris. Interior Vesicæ
paries & intestina hinc & inde inflam-
mata.

LXXIII. OBSERVATIO.

Febricitantis Anatome.

Quidam à longo tempore febris afflitus,
cum dolore in dextro Hypochondrio &
respiratione lesa, lumina clausit
vitæ.

Ingens erat jecori abscessus; hinc
& vena cava ascendens pure re-
pleta.

Hydropicæ Anatome.

Colluvies serosa abdominis cavita-
tem implevit. Ovaria & Re-
nes

nes adipe incrustati. Hepar exuccum & gangrænatum. Cor Pericardio destitutum. In arteria pulmonali aneurisma. In vena pulmonali & arteria magna, adiposum quid hærebat.

LXXV. OBSERVATIO.

Hydropicæ Anatome.

Multa aquæ copia ex ventre effluxit, primo intuitu nulla intestina nec peritonæum, sed horum loco densior membrana erat, protensa venis, arteriisque instar placentaë uterinæ : hac dissecta, intestina siderata in conspectum veniebant; hepar putridum & purulentum; Lien pressus puris etiam copiam effundebat.

LXXVI. OBSERVATIO.

Mulieris gravida dissectio.

*Incidit in Paralytin partium inferiorum
Mulier à quinque mensibus gravida.
A longo decubitu nates Gangræna afficie-*

Anatomia practica rationalis. 287
ficiebantur. Viribus tandem exhaustis,
obiit.

A Retissime fuit os. uteri clausum.
Fœtus erat mortuus, optimi
coloris.

LXXVII. OBSERVATIO.

Calculosi & Herniosi
Anatome.

Cuidam omnia calculi signa videbantur
adesse, nec tamen instrumento explora-
ratorio explorari potuit.

IN Cadavere calculus una cum ve-
sica unam scroti partem impleve-
rat, alteram vero partem intestina
occupaverant.

LXXVIII. OBSERVATIO.

Post Variolas Anatome.

Infans Variolis laborans, forte ob negli-
gentiam, suffocatus; passus fuit al-
vum obstinatum.

N

IN

IN Thorace lymphæ viridis. Folliculus fellis obstructus. Quamvis Hepar exuccum & pallidum, inordinatæ tamen erat molis & figuræ. Pancreas pustulis obsessum. Multum adipis circa cordis basin.

XXIX. OBSERVATIO.

Anatome Volvulo laborantis.

Biboni Hepar dolere visus est, cui & intestinorum dolor accessit cum æsophagi difficultate.

Lien tumidus, distentus, adeo ut intestina ita extenderentur, ut ingestis vix transitus concederetur.

LXXX. OBSERVATIO.

Calculus in Utero.

Domina quædam de Dyspnæa quæstâ, mole abdominis, & catameniorum defectu, ante decem annos fit ascitica. Vitam mundanam in caelestem mutat.

Ex-

EXenterato corpore, ingenti lymphæ quantitate intumuit abdominis capacitas. Ultra viginti libras pendebat jecur, & quod mirum in Hepate duo calculi alter duodecim, alter vero sexdecim libras æquabat. In Matrice quoque lapis inventus quatuor librarum pondere.

LXXXI. OBSERVATIO.

Anatome Diabetis & Amaurosi laborantis.

Virgo aliquot ante obitum annis Diabete correpta fuit. Paucis ante mortem diebus amaurosi oculorum afficitur, adeo ut solis aut candelæ lumen non animadverteret.

Mortuæ cranio aperto, insignis vesica aquosa inventa est, cujus gravitate nervi optici circa illorum exitum ita premebantur, ut lumen per angustos istorum nervorum porulos subire non posset.

LXXXII. OBSERVATIO.

Calculosi Dissectio.

*Calculosus à febris lethali extinguitur.
Hic bis decem ante annos de dolore laterum intolerabili conquestus est; viscosa sepe per diuresim excrevit.*

IN Cadavere exenterato ren sinister fuit consumptus, verum ejus loco calculus ramosus inventus: dexter fuit colore magis citrino & subfusco. Uretheres admodum capaces. Vesica distenta & Hydatidibus obsessa, magnum continens calculum. Venterculus sanguine concreto exterius aspersus.

LXXXIII. OBSERVATIO.

Pueri abdomen dolentis dissectum.

Decem circiter annorum puer, aliquot ante obitum annis continuo de dolore in abdominis sinistra parte querebatur.

Post

Post obitum Ventriculus fuit admodum exiguae capacitatis, verum intestina supra modum distenta. Pancreas durissimum. Ren sinistri lateris pure consumptus, calculum continens inaequalem. Sinister non tantum præter solitum parvus, sed verius fungosam substantiam, quam renem referebat.

LXXXIV. OBSERVATIO.

Hydropica Anatome.

ERupit ex abdomine multa aquae quantitas, uti ex thorace & cranio elevato, & omentum & peritonæum, ab aquae acrimonia consumpta. Circa genitalium loca plurima filamenta (ut in corde) aquulis obfessa conspiciebantur. Nulla Vesica inventa; intestina in globum tracta, membrana exterius crassa satis distincta. Hepar albidum & durissimum: lien magnus & durus. Viscida flava dexter Cordis Thalamus continebat.

LXXXV. OBSERVATIO.

*Jecoris apostema, & foramen
in Diaphragmate.*

*Quidam de dolore in dextro Hypochondrio
diu questus, obiit.*

Concava jecoris pars erat sphacellata, intus vero viginti puris librae continebantur. Ren dexter etiam purulentus & prorsus consumptus fuit. Foramen magnitudine duorum pugnorum in Diaphragmate exesum erat.

LXXXVI. OBSERVATIO.

Dissectio Phrenitidis.

Quidam de cephalalgia per biennium questus est, tandem in Phrenitidem & convulsiones incidens, obiit.

Ablato cranio, meninx exterior variis in locis foraminibus erat pertusa, ex quibus sanguis coagulatus

tus & valde foetens profuebat. Vasa sanguinea meninges perreptantia, sanguine concreto quoque turgida. In cerebello abscessus, humore subcitrino colore turgidus.

LXXXVII. OBSERVATIO.

Tabidis Anatome.

IN Pulmonibus varii abscessus, & calculosæ durities.

LXXXVIII. OBSERVATIO.

Hæticæ Anatome.

A Qua viridis in cordis sacculo. Pancreas valde tumidum, hepatis aduatum, scirrhum & durissimum: intus albidam continebat materiam.

LXXXIX. OBSERVATIO.

Inflammatio Jecoris.

N 4

Post

Post obitum Hepar erat inflammatum, torridum & adustum; intus putridum & purulentum. Cor exsecum.

XC. OBSERVATIO.

Apostema in Pulmonibus.

Jecur pallidum & exsangue; adhærebat pulmo variis in locis pleuræ, pericardio & diaphragmati. In sinistra pulmonis parte ingens apostema, puris varii coloris quatuor libras continebat; præter hoc magnum plurimis in locis plura minora erant: item diversæ magnitudinis scirrhi.

XCI. OBSERVATIO.

Anatome Hydropicæ, quæ habebatur gravida.

EX Abdomine magna aquæ flavæ & fætidae effluxit quantitas. Jecur scirrhosum. Excrecentia utero adnata.

Phthis.

XCII. OBSERVATIO.

Phthistici Anatome.

Totus pulmo pure plenus, adeo
ut vix discindi potuerit, quin pus
album erumperet. Macie admodum
fuit consumptus.

XCIII. OBSERVATIO.

Jecoris Inflammatio.

IN globosa Jecoris facie ulcera e-
rant duo, ad intima penetrans,
multum puris evomens.

XCIV. OBSERVATIO.

Hydropici inspectio.

Multum aquæ flavæ ex abdomine
effluxit. Epiploon corruptum
& absumptum. Jecur flavum, durum
& scirrhosum. Turgebat folliculus
fellis, atram & cænosam continens
bilem; mesenterium cum intestinis
lividum. N s Hy

XCV. OBSERVATIO.

Hydropicæ inspectio.

EX abdomine circa sexaginta pintas lymphæ expromptum. Omentum prorsus consumptum. Mirandum, nullas Hepatis, Splenis aut renum reliquias fuisse inventas. Septum quoque transversum, variis in locis exesum & consumptum. Ambitus uteri scsquiulnam habebat, continens molam scirrhosam & albam, exque plurimis glandulis duris, quarum nonnullæ puris materiam effundebant, congestam.

XCVI. OBSERVATIO.

Calculosi Anatome.

CUjusdam, qui diu laboraverat calculo, cadaver aperitur, in ejus Vesica septem reperti sunt calculi nucis Moschatae majoris magnitudine, ita ut simul ferè libram metacatoriam æquarent.

XCVII. OBSERVATIO.

*Hydropici Cadaveris
Inspectio.*

Circa quadraginta libras aquæ crassæ & amurcæ instar ex abdomine effluxere. Secur consumptum nisi quædam venæ residuæ; consumptus quoque lien & uterque ren. Bile viridi ventriculus plenus. Septum transversum variis in locis sphacelatum. Mola in utero contenta melleam materiam referens.

XCVIII. OBSERVATIO.

Hydrops tubi uterini.

Virgini paupercula adversa valetudine aliquamdiu usæ cepit abdomen intumescere Anno 1660. à quo tempore tumor paulatim & ita increvit; ut præ pondere, decem & octo annis molestissime vixerit, antequam miserationum suarum invenerit finem.

Totum corpus quodammodo erat emaciatum, sed abdomen in tantam molem excreverat, ut reliquæ partes vix conspicerentur, & ferè à nemine, qui demonstrationi non adfuit, concipi queat. Aperto abdomine nulla aqua effluxit, sed omnis continebatur in dextra uteri tuba, & quidem solummodo in eius parte iuxta testiculum, nec non in ligamento isto lato, quod ab Anatomicis alæ vespertilionis vulgo assimilatur; eaque ab aquarum copia ita erat dilatata, ut inflicto parvo vulnuscule centum & duodecim libræ effluerint. Aqua hæc erat limpida, fontanæ ad instar, saporis subfalsi. Substantia in qua continebatur, crassitiem habebat semidigiti: externæ superficiei multæ vesiculæ aquosæ, nec non portiones adiposæ plurimæ adhærebant. In latere opposito eodem in loco tumor conspiciebatur tenax, continens in se purulentam, fungosam, cartilagineam, viscidam, & nescio quam putridam materiam, nec non plurimas vesiculas limpidi humore repletas, ultra decem libras pendens: cujus externæ parti adhærebat alius tumor, magnitudine duarum manuum sibi invicem complicatarum, flavus, mol-
lis,

lis, friabilis, materiam continens
purulentam casei putrefacti adinstar.
Ovarium erat mediocris magnitudi-
nis, ac dimidia ex parte corruptum.
Uterus tamen debite erat consti-
tutus, & decentem habebat magnitu-
dinem, atque in ejus cavitate ne gut-
tula quidem aquæ conspiciebatur.
Meatus ex utero tubas spectantes erant
aperti, ita ut libere & sine ullo impe-
dimento ex utero in tubas utrasque
stylus penetraret, usque ad tubarum
medietatem, ultra quam ulterior pro-
gressus nequaquam concedebatur.
Hepar extrinsecus erat fœdi coloris, &
multis hydatidibus obfessum, quarum
aliæ ovi columbini, aliæ fere ovi gal-
linacei, aliæ minoris erant magnitu-
dinis; quibus tamen non solum hepar,
sed etiam aliæ in abdominis partes sca-
tebant: interior hepatis substantia sa-
tis sani & rubicundi coloris conspicie-
batur. Lien similiter bene erat con-
stitutus. Ventriculus ad minimum
apparebat quadruplo major, fœtenti
materia plenus. Intestina omnia erant
atri coloris & fere sphacelata. Cum
cultro perforatum esset diaphragma,
magna rubicundi humoris copia cum
impetu effluxit. Cætera ob magnum
fœtorem non inquisita.

XCIX. OBSERVATIO.

Furor Uterinus.

Virgo furore uterino tacta, tanta mania fuit correpta, ut catenis vinciri deberet. Interim ex improvise obiit.

A Perto cadavere, ovarium dextrum pugni magnitudinem æquabat, succique plenum.

C. OBSERVATIO.

Dominus quidam succis acidis abundans, aepsia & continuo vomitu vexatus, facis cessit.

Pylorus usque ad mediam duodeni partem gypseâ materia erat ad crassitiem unius digiti obductus, idque non tantum externè sed & internè. Pylori cavitas vix stylum medio-crem admittebat.

F I N I S.

TRAC-


TRACTATUS NOVUS
DE
CIRCULATIONE
SANGUINIS PER TUBULOS,
Deque eorum
VALVULIS &c.

Auctore
STEPH. BLANCARDO N.E.
P. & Med. Doct.

Editio Quarta.



1688.



TRACTATUS NOVUS
DE
CIRCULATIONE

Sanguinis per Tubulos.

Deque eorum

VALVULIS &c.



Um plurima per nos-
tem de Medicinæ apici-
bus pervovelremus, non
immeritò multa Medi-
cis hætenus intacta que-
rebamur; Quæ si vel manus diligens
suppleret, rem cuilibet gratam præ-
staret: Atque hæc cum ita sint, cæ-
pimus de Harvæano sanguinis circuitu
seriò cogitare, in quo cum variè à plu-
rimis disputaretur, ut fieri posset,
quod sanguis à sinistro cordis thalamo,
per Arteriam aortam in totum cor-
pus profusus, angustissima venarum
oscula subeat. Inquiunt, Harvæus,
ceterique omnes circularem sanguinis
motum profitentes; sanguinem è
corde per arterias in totum corporis
ambi-

ambitum, partesque ejus singulas impelli, & de novo à venis recipi: aliter verum modum quo id fiat, profundum apud eos silentium est.

Cum enim serîo seduloque apud illos de hoc instituebatur quæstio, illico ad Deum primum omnium motorem, vel materiam quandam subtilem, vel poros nescio quos, tanquam ad sacram anchoram confugiebant, & miserè explicabant. Quæ cum parum nobis arriderent, multò minus satisfacerent, cœpimus ipsimet amore veritatis, reique ipsius pondere incitati. cuneum Herculeo huic nodo dignum quærere, quo curiosis rerum indagatoribus satisfaceremus, veritatemque hætenus sepultam in apricum produceremus. Nunc id operæ damus, ut dubiis atque incertis longè relictis, vera certa que eruamus. Quicquid igitur eorum in mentem nobis veniunt, ea quæ possumus brevitate & claritate lubentes in medium proferemus.

Principio quidem hisce meditationibus, hujus quæstionis solutioni apprime conducentibus, ansam nobis præbuit Vir omni laude dignissimus Denatus THOMAS WILLI-SIUS: qui in tractatu quem PHAR-

PHARMACEUTICEN RATIONALEM inscribit, agens de Diuresi, inquit per canaliculos fieri feri colationem in renibus, quæ verba ut summè probabilia, ita ad confirmandam, sanguinis per minima totius corporis, periodum, apta nata.

Sanguinis itaque per totum corpus periodum, hocce modo firmiter statuimus esse; nempe cruorem ex arteriis per fibras sive carnis sive viscerum, aut partium membranarum ad venarum oscula terminari, iisque inferi, non secus ac plurimi in renibus canaliculi, uni carunculæ renali inferuntur, atque terminantur. Per has igitur sanguis ex arteriis transiens continuò venis, ad cor revehendus, traditur.

Non est quod dubitemus, arterias sanguinem in fibras, non vero extra vel juxta eas immittere, secus enim effusiones, coagulationes, inflammationes, apostemata, & id genus plurima mala perpetim forent expectanda: fibræ vero sanguine distentæ in venas sese exonerant, per quas sanguinis circulatio peroptimè procedit.

Ne quis jam Medicorum arbitretur, nos solummodò hæc præceptorum

rum instar diſſutare, minimèque autem noſtra probare : agite , probe-
mus , ut unicuique noſtra ſententia
conſtet , argumentis ab ipſa experien-
tiâ deſumptis.

Primo. Canis aliquis , aliudve ani-
mal probè muſculoſum , cultro ana-
tomico ſubijciatur ; cujus crura à cute
denudabitis , arterias pariter ac venas
aſtriſto vinculo arèlè ligabitis , atque
hac lege , ſi muſculum quemlibet
crasſum , ſecundum ejus longitudi-
nem incidèritis , nihil aut ſaltem pa-
rum ſanguinis (niſi fortè vaſis hic il-
lic abſciſſis) excipietis . Hujus rei in-
dubitata ratio erit , nempe fibras per
muſculi longitudinem non ſauciatas
fuiſſe , unde nullius cruoris ſequela .
At vero ſi muſculum tranſverſim in-
cideretis , protinus non exiguam ſan-
guinis copiam (abſciſſis muſculi fi-
bris) animadvertetis . Quo experi-
mento perquam manifeſto , ipſa luce
clarius evincimus , ſanguinem intra
canales , neutiquam vero extra eas
contineri .

Secundo. Eximatur quæſo muſculus
è corpore integer , atque in medio à
ſe ipſo deducatur , tunc per ſyrin-
gam , atratum quendam colorem ,
vel alium quemlibet penetrantem ar-
teriae

teriæ introfuderitis, brevi cruorem ex arteriis per fibras fistulosas circulari in ipfissimas venas liquidò conspicietis, quod equidem haud difficulter fieri potest: Quoniam hæ nostræ fibræ venarum epistomiis manipulatim inseruntur. Hinc igitur facilis à fibris seu tubulis in venas transitus.

Tertio. Pro nostra parte firmiter quoque hæc demonstratio militat; nempe, fibras musculares venis inferi, apprimè liquet in carnibus coctis & adhuc calentibus, in quibus viginti aut triginta fibræ fasciculatim sibi invicem conjunguntur & ab aliis fasciculis tenui membrana duntaxat separantur, qui singulatim venarum epistomiis inosculantur.

Quarto Thefin nostram, argumento à valvulis desumpto, non hæsitante astruimus: nam in fibris corrugationes seu valvulas esse nulli dubitamus, licet huc usque eas à retrò seculis nulli detexerint: venarum ligaturæ, earumque inflationes, ubertim nos edocebunt fibris inesse has quas diximus corrugationes seu valvulas. Provocamus igitur ad experientiam: nam ne hic nobis deficit experientia fida, omnis veritatis testis: itaque tubulum accipite, atque hoc venas
in-

inflate : nihil minus quam ad fibrarum venietis seriem , neque humor siphone in venas emissus , unquam fibras intrabit ; quum è contrà arterias si inflaveritis , non solum hæ tumidæ red- dentur , verum & ipsæ insuper fibræ quam citissimè intumescent. Hinc non sine clara ipsius experientia face, summa cum ratione colligimus , val- vulas in ipsis fibris esse , easque ob earundem resistantiam minimè inflari atque intumescere posse : quas qui ne- gaverit , vereor ne vim veritati , atque ipsi experientia inferat : Hasce val- vulas in fibris ejusdem esse usus autu- mamus , cujus sunt venarum valvula : ne sanguis recurrat , & sibi oblectetur. Quæ fibræ si materia quapiam viscida aut tenaci intus obducantur , lassitu- dines corporis pariunt , & ad motus ineundos , homines imbecilliores red- dunt. Norunt itaque incolæ insulæ Japan , diutina musculorum frictione & concussione , ejusmodi morbis mederi : sic enim omnis materia vis- cida inciditur & fluidior ad motum circularem redditur.

Quinto. Cæteris nostris argumentis adhuc unum addere decrevimus , quo veritas magis elucescat , idem illud , quod , priora probans , non minus re- liquis,

liquis, ab experientia desumptum. Placet enim impendiò nobis hujusmodi argumentandi genus, cui ingenuus quisque, licet simplicissimus protinus accedit. Agite, igitur fumantur fibræ, probèque per aliquam moram in aqua calcis abluantur, donec claræ, albæ atque pellucidæ redditæ fuerint, valvulas seu nodulos è microscopio cominùs conspicietis: quæ se adeo manifestè prolaturæ sunt, ut nullus de iis posthac dubitandi relinquatur locus. Hiscæ firmiter assertis, non video cur transitus succi alicujus nervosi, per nervorum etiam fibras denegetur, dum aquæ meatibus insensibilibus ac musculi gaudent, quid ni per nervos latex, ardentis vini tenuitati similis, contineri posset? hic notandum censemus, quod nervi nullis valvulis dotantur, propter motus explosivos, qui à nervorum radicibus sæpe oriundi, versus *ἐκ τῶν ἀκρῶν* concitantur.

Non diffitemur interea loci, homines inventri, qui quælibet verissima lancinare non erubescant; putantes nil solidum, nil verum esse, nisi quod à se dictum inventumque sit. Nostra forsàn vituperabunt atque in iis disputabunt, objiciunt ergo cerebri,

bri, aliorumque in corpore viscerum substantiam à fibris longè alienam esse, & consequenter præteritam sanguinis periodum hoc meo invento per fibras, saltem in hisce partibus iri denegatum, nos ut quiescant porro monemus, & ut animum advertant quæsumus: Experientiam iterum in his, ut antea feliciter, instar mille testium in auxilium nostrum vocamus, dicimusque cerebrum, aliaque in corpore viscera neutiquam fibris suis carere, quamvis prima specie iis carere videantur. Ex. Gr. Sumite vobis cerebrum humanum aut vitulinum (& ab hoc uno cætera discite) illud apto latice macerate, illudque probe ut decet eluete, ilico ejus fibræ manipulatim, quærentium oculis observabuntur, quæ sanguinem sinuum ramulis (ut in aliis partibus, venis) perspicuè communicant.

Ex his omnibus, tam argumentis quam experimentis antea à nobis allatis, constat, eximiam sanguinis circulationem hoc modo clarissimè peragi. Addimusque præterea nulum alium modum, salvâ veritate, posse prætendi: quinimo insuper dicimus, eos experientiæ adeò manifestæ oblectari (ne dicam) veritati vim

in.

inferre, qui hisce nobiscum non applaudant.

Hiscæ jam ita traditis, atque compendiosè dictis, totum circulationis negotium lubet subungere, & hac sectione dilucidè exequi, ut quilibet circulationis legem in tabula veluti delineatam, contempletur, quæ hoc pacto fit.

Sanguis à vena cava dextræ cordis auriculæ ante omnia suppeditatur: deinde ejus dextro ventriculo communicatur, qui deinceps cordis contractione facta, per venam arteriosam ad accensionis fontem propellitur (quem dicimus pulmones esse) ibique à nitrosi aëris inspiratione sanguinis particulæ fermentantur & accenduntur, qui sanguis cum probè volatilifatus, & blandè fermentatus fuerit (id enim ipsa splendentis ruboris pulchritudo invitè indigitat) per arteriam venosam in sinistram cordis ventriculum revehitur, atque exinde facta fibrarum contractione, per arteriam aortam ad ejus minutissimos ramulos, atque ex his per fibras nostras in totum corporis habitum propellitur, spiritibus animalibus nutritionis gratia subinde à cerebro per nervos affluentibus (sanguis enim & spiritus

O

ad

ad nutritionem, veluti mas & femina ad generationem se habent) mittetur; qui demum per venas (uti dictum) ceu viam regiam ad cor circulariter relegatur. Atque hæc est illa nostra; quam hic proponimus & propugnamus circulatio, quam quilibet certam, veram & indubiam esse, ex ante prolati experimentis nobiscum agnoscet.

Nemo miretur nos à cæteris Medicis discedere, in eo quod cum Immortali *Willisio*, pulmones accensionis focum statuerimus, & cor hoc privilegio, ratione id suadente, eximerimus, Fatemur id nos egisse, at non immeritò: Juvat enim relictis Veterum atque recentiorum plurimorum autoritatibus, ratione certare, quam cum illis magno equidem veritatis dispendio errare.

Non equidem diffitemur, multum de accensionis foco disceptari, quem omnes ferè cor, nonnulli è contra hepar statuunt; *Willisius* vero cum suis, pulmones accensionis focum statuit, cujus nos exactam rationem, quam istorum omnium obscuram diligentiam exoptamus æmulari. Hic in tractatu suo de accensione sanguinis, pulmones, relictis alijs in diversum

sum abeuntium opinionibus, non hæsitante statuit esse accensionis focum, idque nostro iudicio rectissimè: quippe in pulmonibus est insignis particularum diversarum indolum concursus: Nitrum enim aëreum, sive sal universale in pulmonibus sanguini sulphureo-salino miscetur quo nitro denegato, nulla cruoris accensio aut fermentatio sequetur. Notum enim est quod simile non agit in simile. Verum nitrum respirantium animalium calorem, sicut materia sulphurea ignem perennat. Atqui in corde nullus est partium diversarum concursus: licet id Sylvius asseruerit; consequenter ergo in corde nulla sanguinis fermentatio aut accensio peragitur. Lympha enim & chylus cum sanguine non in corde concurrunt, sed in vena subclavia; utique cum ex hisce effervescencia causari necesse erat, ea non in corde, verum in vena prædicta oboriri magis rationi congrueret.

Sed nobis oggerunt, quoddam in intimis cordis recessibus fermentum stabiliri, quod neutiquam vero consentaneum esse potest: Quia sanguis instar fluminis decurrens, cordis latera alluendo, continuò fermentum hoc fictitium penitus ablueret, sicque

O 2

cor,

cor, hoc fermento semper foret destitutum. Sed sumamus, quod tamen nunquam dabimus; cor ejusmodi actioni esse destinatum: fermentatio quam inæqualiter & dispariliter in corde absolveretur, quia hic duæ & quidem amplæ cavitates offenduntur, in quibus sanguis per omnes suas particulas, exactè fermentari, & accendinequit.

Secundo. Concesso in cordis recessibus fermento, mora intercedere deberet, ut in aliis cavitatibus, ore videlicet, ventriculo & præprimis quoque in intestinis, animadvertitur, hujus rei obvium in panificio habemus exemplum, ubi sicuti massa farinacea per aliquam moram cellis, donec acorem contraxerit, committitur: sic etiam massa sanguinea per debitam quandam moram, non solum fermento suo immisceri, sed in corde quoque debita quadam mora manere deberet, ut ibi fermentatio & accensio legitimè procederent: verum in corde tantam sanguinis moram esse, id nemo per summam quidem diligentiam unquam annotare potuit, neque quisquam alius id verò exploravit, qui nos id ex verò edoctum eat. Et ponatur fermentum in corde, cur non

non æque in aliis partibus inveniretur. cum sanguis omnes corporis meatus perluat, quam in corde? ergo etiam absurdum foret fermentum hoc solummodo in cordis recessibus constituisse. Deinde morâ in corde concessâ, sanguis corrumperetur, & fermentationi prorsus inutilis redderetur; unde in limine ^{ad hunc} morborum vis & jugis frequentia starent. Quod tamen ordinario fieri, æquum non esset. Etiam si effervescencia ex acidis aliisque constitueretur, sensibile frigus cordi continuo officeret, quemadmodum in febrium accessibus, omnia à frigore & aciditate nimia concutuntur & tremunt.

Tertio. Si fermentum in intimis cordis penetralibus inveniretur. Quidni cordis fibræ perpetuo in motus convulsivos invitarentur? Unde cordis tremores & palpitaciones; Horrendum miseros mortales discruciant, & tantum non exanimarent.

Itaque, hoc modo sanguinis accensionem absolvi in pulmonibus statuimus. Sanguis, exuviis suis salinis & sulphureis in hepate depositis, ad cor multò defæcator redit, exinde muscularis & tendinosus ejus fibræ contractis in pulmones summa rapiditate

exantlantur: ut ibi particulae sulphureae, & salinae maxime volatiles, cum adveniente nitro aëreo accendantur & rarefiant: his ita peractis, sanguis per venam pulmonariam sinistram cordis thalamum iterum subit, ejusque penetralia perluit, in quo nulla ejus percipitur mutatio, aut accensio peragitur. Quod liquet ex eo, si vena pulmonaria, sic dicta, vinciatur & versus pulmones abscindatur. Videbimus sanguinem arteriosum è sinistro cordis ventriculo prodeuntem, à sanguine in venâ pulmonaria contento, ne ad minimum quidem differre. His addite: quod nulli cordis ventriculi aliquod fermentum acidum, aliudve in se gustatoribus, & summo nisi inquirentibus exhibent: hoc enim nuperè curiositatis ergo, in variis mediæ magnitudinis canibus sedulo sed frustra (præsente Dom. Job. van Dueren, Med. Doct. &c. cæterisque Medicis & Chirurgis) quærivimus: Nam saporem ejus sanguinis qui est in ventriculo sinistro nihil differre à sanguinis arteriosi sapore qui est in arteriis, revera deprehendimus: utriusque enim ventriculi periculum faciendo, falsedinem muriaticam paulò intensiorem offendimus in dextro, quam in sinistro. Rectè

Rectè itaque concludimus ex his, quæ dicta sunt, nullum revera in corde dari fermentum, nisi etiam dicatur esse per totum corpus diffusum, multò minus ullam in corpore institui fermentationem peculiarem. Cum Doctissimo igitur *Willisio* statuimus, cor tantummodo musculum esse sanguini (mediantibus arteriis) in universum corpus propellendo unicè destinatum: Hinc *Hipp. Lib. de corde* expressè, cor musculum nuncupat: *ἡ καρδία* (inquit) *μυὸς ἐστὶν καὶ πρὸς τὴν φύσιν*. Cor est musculus valde fortis: & *Galenus L. 1. de motu musc.* ligamenta robustissima & tendinibus similia intra cordis ventriculos constituit, cujus dexter ventriculus, sanguinem, ne violenter pulmonibus irruat, retardationis gratia suscipit, ut hic minutis portionibus regulariter subeat: hic etiam in sinistro ventriculo ne motu velocissimo arterias, totumque habitum corporis pertranseat, in cursu nonnihil remoratur. Ast pulmones unicè accensionis sanguinis focum esse, multis huc usque argumentis, hinc illinc petitis asstruximus, cæteris narrandis supersedebimus; contenti potius pondere, quam numero contendere. Si quis interea

plura de aëris nitrositate scire aveat, eundem *Willisium* consulat, aliosque authores, qui hanc telam pertexerunt.

Accensionis fonte sic stabilito, aliae se offerunt partes huic inservientes: ut Lien, Hepar, & in viris seminalis materia; ad Hepar quippe sanguis lienaris per venam portæ vehitur, à facibus sulphureis & salinis expurgatur, sicque iterum ad cor & deinceps ad ipsos pulmones reducitur.

In hepate quoque blandam effervescentiam peragi constat: nam sanguis lienaris per venam portæ adveniens, & arteriosus, habent variae indolis particulas, cum uterque hic sanguis invicem in hepate occurrat, & mutuum comprehendat (ut in *Miscellis Chymicis*, ubi salia volatilia sulphureis & lixiviiis commissa, illico effervescentiam proritant, quod evidenter apparet ex commixtione spiritus salis armoniaci, cum spiritu vini vel therebinthinæ) non potest non effervescentia quædam concipi; quemadmodum in hisce chymicis, quæ variis constant particulis, usque ad effervescentiam concipiendam aptis, sic etiam lienaris sanguinis particulae, una cum diversis arteriosi sanguinis parti-

particulis, in hepate invicem mixtae, pollent & ipsae inter se effervescentiam concitare: Rationes suggerit ipsa utriusque sanguinis quoad ejus particulas, diversitas; una enim particula aliam exterminare, eique dominari nititur, quod cum alia pro viribus resistere molitur, oritur illa, quam videmus effervescentia à nobis obiter asserta.

Jam ad seminale testium fermentum perveniamus, cujus beneficio purpurea sanguinis massa afflata, maxime vigescit & exaltatur. Etenim in aetate juvenili & florida percipimus cruorem pedetentim ad perfectionem tendere, usque dum ipse, ad ipsum perfectionis statum accesserit. Sed simul ac eum gradum fuerit assecutus, idem seminali fermento paulatim decrescere pauperior & minus volatilis fit sanguis.

Secundo. Qui semen suum aut illicito modo frequenter ejaculantur, aut Gonorrhœa involuntaria vexantur, eorum vires hac ratione summopere debilitantur, & immensum prosteruntur.

Tertio. Seminis corruptiones ejusque in foeminis obstructions, sive

suppressiones, mensruis excretionibus exitum præcludentes, mirum quantum corpus immutent, illudque vigore pristino depopulentur.

Semen aquosum, corpus reddit Hydropicum & maximè infirmum, nec non infæcundum & sterile; non secus ac arvus nimio liquore madescens nullos aut valde imperfectos fructus producit.

Dantur adhuc quædam alia sanguinis perfectioni apprimè conducuntia, ut primæ coctionis viscera, & laticis lymphatici, ex glandulis emanantis, permixtio, & veterum partium, puta seri, salis, sulphuris, nec non terrestris incrassamenti, per innumeros poros, meatusque sensibiles, pariter & insensibiles excretio & evacuatio: verum id argumentum à pluribus pro dignitate abundè tractatum (quos adire cuilibet licet) à nobis de novo retractari non est necessum, verum id tantisper digito attingisse sufficiat.

Plura nunc temporis non addemus, eum quod abundè Tractatulum nostrum, argumentis ab experientia depromptis confirmaverimus; tum quod brevitati, quantam quidem res ipsa

De Circul. pertubulos, &c. 32^a
ipsa exposulabat ex animi quodam
voto studuerimus, quæ omnia an
probè fuerimus assecuti, quilibet
æquus rerum æstimator dijudicet.

F I N I S.





I N D E X

R E R U M

Quæ in hoc Opusculo con-
tinentur.

A.

A	Bdominis intumescencia.	24.
—	dolorifica tensio.	69.
—	scirrhus.	85.
—	Apostasis.	201.
	Abcessus infra sternum.	75
	Acicula in Urhetere inventa.	101
	Alvus astricta.	73. 79
	Amaurosis.	289
	Anasarca.	248
	Anatome alicujus subito morientis.	259
	Apoplexia.	49 90. 160. 177. 275.
	Apostema inter pleuram & costas.	204
—	In glandulis sub axillis.	252
	Arenularum mictio absque nephritide.	20
	Asthma.	81. 120. 131
	Atheroma.	197

O 5

Bu

I N D E X.

B.

Bufonum vomitio. 43

C.

Cachexia. 143
 Calculi in vesica fellea. 112. 236. 250
 Calculi in pulmonibus. 57. 205. 227. 264
 Calculus in Utero. 156. 288
 Calculus in Vesica. 103. 185. 287. 290. 296
 Cancer. 150. 219
 Carcinoma Gulæ. 191
 Caries ossis femoris. 7
 ———— Causa. *ibid.*
 Capitis dolor vide *Cephalalgia.*
 Cephalalgia. 4. 48. 49. 79.
 ———— Causa. 5. 48. 179. 180. 181
 Cerebri abscessus. 268
 Cerebrum verminans. 262
 Colicus dolor. 1. 55. 195. 225
 Cordis palpitatio. 13. 16. 79. 120. 158. 190. 225
 ———— Causa. 14
 ———— Polypus. 52. 54. 91. 148. 160
 Cor

INDEX.

Cor sanguine coagulato repletum.	54 55. 159
Cordis vulnus.	66. 263
—— Hydrops	79
—— Putrefactio.	91 94. 202
—— Apostema.	93. 169
—— Auricula dextra obstrueta.	183
—— Osciculum continens.	260.
Cranii elevatio post lapsum.	272
—— Fractura.	174
Cyphosis.	64 76
	99

D.

Dejectio nigra.	246
Delirium unde.	6
Diabetes.	289
Diaphragmatis vulnus.	1. 3. 198
—— Foramen putredine illatum.	21. 292.
Diarrhæa.	146. 196. 281. 284
Dolor abdominis.	290
Dyspnæa.	117. 288
Dysenterici anatome.	34
—— Causa.	35
Dysuria.	157

Finis

INDEX.

E.

Empyema.	37. 32
Epilepsia.	277
Excrementorum per umbilicum ejectionis.	162
Excreſcentiæ in fiſtula bronchiali.	131
Exomphalos.	173

F.

Febris, quid.	6
—— Anatome.	281. 285
—— Lenta.	285
Fluxus Ventris.	138
Fractura cranii,	64. 76. 182
Furor uterinus.	300

G.

Gibboſi ſectio.	81
Gonorrhœa.	296
Gulæ carcinoma.	191

H.

Heſtica.	293
Ha-	

INDEX.

Hæmoptys.	67. 109
Hepar perniagnum.	159 212, 260. 261
Hepatis ulcus.	36. 292
—— Inflammatio.	293. 295
Hernia.	115. 157. 287
Hydatides.	166. 242
Hydrops in abortu.	184
Hydrocardia.	79. 205
Hydrocephalus.	10. 114
Hydrops pectoris.	189. 265. 257
Hydrops Mesenterii.	242
Hydrops tubi uterini.	297
Hydrops.	60. 85. 217. 237. 240. 244. 248 256 270 282. 283. 285 286. 294. 295. 296. 297
Hydrops Ventriculi.	170
Hydrops uteri.	241
Hysterica passio.	128
I.	
Icterus.	263
Icti & lapsi mors.	64. 119
Ileon.	43 149. 152. 157. 186. 288.
Infans extra uterum locatus.	233
Imaginatio falsa.	141
Inflammatio, quid.	37
Intestinorum inflatio.	284
Ichuria.	224
Le-	

INDEX.

L.

Lethargus. 167. 181
Lien ingens. 134. 212. 235. 247 264

M.

Menstrua deficientia. 133. 146. 219
Mesenterium scirrhosum. 211. 255
—— Hydatidibus obsessum. 242
Mola. 213
Morbilli, quid. 52

O.

Oculi orbitæ vulnus. 232
Omenti steatoma. 253
Omentum putridum. 260. 261
Ossa diaphragmati accreta. 277
Officulum in corde. 260. 272
Ovarium pilis refertum. 240

P.

Palpitatio circa umbilicum. 38
Pancreas insigniter auctum. 20. 85
—— In thoracem latum. 21
—— Scirrhosam. 267.
Sup-

INDEX.

—— Suppuratum.	271
Paralyfis.	167. 175
Peripneumonia.	110. 148
Phlegmone, quid.	37
Phrenitis.	292
Phthifici anatome.	81. 146. 153.
	130. 137. 270. 276. 278. 259
Pili in utero reperti.	238.
—— Ovario.	240
Pleuritis spuria.	155
Pleuris.	187.
Polypus Cordis.	52. 54. 91. 148. 160.
Potus frigidi damna.	149
Prægnantis anatome.	279. 286
Pulmones purulenti.	146. 294
—— Putridi.	166
Pustulæ in Ventriculo.	283

R.

Renes purulenti.	72. 103. 166.
	168
Renum calculus.	107. 164
Renum dolor.	18. 14
Lumborum.	18
Renum Varix.	29
Respirandi difficultas.	51. 53. 57.
	90
Rhachitis.	57

San-

INDEX.

S.

Sanguinis mictio post violentum exercitium.	24. 47
— Vomitus.	234. 246
— Dejectio.	234
Sanguis coagulatus in corde, mortem inducit.	54. 55
Scirrhus abdominis.	85
Scorbutici Anatome.	261
Secundina duplex gemellorum.	165
Sphasmo denati apertio.	77
Spirandi difficultas.	138
Steatoma in abdomine.	258
Steatoma Trunci venæ cavæ.	39
— Quid.	41
— Mesenterii.	153. 226
Stranguria.	224
Struma in Maxillis & Hepate.	193
Suffocatio à Lingua bubulina.	257

T.

Tabes post pleuritidem.	30. 269
Tabes.	267. 293
Tormina.	8
Tussis.	79
Tussis, quid.	31

Val-

INDEX.

V.

Valvulae in vena pulmonali cartilagi- neae.	262
Variolae.	287
Varix Renum.	29
Veneno interemptus.	266
Venter pure plenus.	216
Ventriculus pustulis obseffus.	283
Ventriculi Hydrops.	170
Ventriculi Calculi.	154
Ventriculi dolor.	2 88.
Ventriculus putridus.	9. 88
Ventriculus in thorace locatus.	3.
Ventris fluxus.	152. 206
Vermes.	138
—— in Cerebro.	125
Vertigo.	262
Vesicae felleae calculus. II. 21.	88.
Vesicae felleae calculus. II. 21.	236.
Vesicae ulcus.	250. 264
—— Calculus.	103. 185. 287.
—— Scirrhus.	290 296
Vigiliae, unde.	221
Ulcus Matricis.	6
Umbilicalis funiculus duplex.	219
Vomica Mediastini.	165
Vomitio Bufonum.	274
	42
Urina	

INDEX.

Urina involuntariè fluens.	183
—— Retenta.	221. 273
Uteri Calculus.	156. 188
Ulcus & Cancer.	217
—— Scirrhus.	233
—— Ingens moles.	238
—— Excrefcentia gangrænosa.	268
—— Steatoma.	257
Vulnus brachii & puris excretio per alvum & urinam.	22
Vulnus Diaphragmatis. 1. 3. 198	206
—— Cordis.	66
—— Frontis.	123
—— Hepatis.	198. 206
—— Ventriculi.	198
—— Pectoris.	206
—— Pulmonum.	207
—— Abdominis.	208
—— Capitis.	230

FINIS.

CA-

CATALOGUS
OP E R U M

Auctoris

Haftenus editorum.

Latini.

Anatomia Reformata.
Anatomia Practica Rationalis.
Praxeos Medicæ Idea nova.
Lexicon Medicum Græco-Latinum.

Belgici.

Nieuw-lichtende Praktijk der Medi-
cijnen en Chymie.
Nieuw-hervormde Anatomie.
Konst-kamer der Chirurgie.
Kartesiaanse Academie, ofte Institu-
tie der Medecijnen.
Verhandelinge van 't Podagra en Jigt.
— Scheurbuik en fermentatie.
— Pokken en des selfs na-sleep.
— Kinder-siekten.
— Coffeé.

Col-

Collectanea Medico Physica , ofte
Hollands Jaar-Register van allerlei
Observation.
Schou-burg der Ruphen, Wormen,
Maden en vliegende diertjes.

F I N I S.



